domini et decretorum huius sancte synodi contemptor erat, ymo iam persequebatur
illos qui decreta ipsa seruare uolebant, atque eandem synodum et gesta eius
pro erectione illius pensi Concilij confundere conabatur ut priusquam
illud grande scandalum eueniret, priusquam erectio illius conuenticuli
contra concilium Illa horrenda diuisio que iam parturiebatur actualiter
formata esset prouideretur ecclesie et eius scissure periculosissime obuiaretur
Quod si tunc factum fuisset Iam nunc non sentiret ecclesia dolores acerrimos
quos per colisionem fratrum in utero suo ipsa presentit. Nunquid omnis amator
unitatis omnis uerus filius ecclesie debebat totis viribus insistere ne hoc
vulnus matri sue inferretur, sed in tempore prouideretur quod maxime expete-
bat prefatum citatorium. Et nichilominus sancta synodus omnem suam possibilitatem
per grecorum conductione impendebat mittens oratores suos et galeas in
Constantinopolim ut grecos adducerent Obtulitque ipsis grecis per suos
oratores complere omnia que eis promissa fuerant si aduenire uoluissent
nec in aliquo defecit ipsa sancta synodus sperans semper ipsos grecos uenire de-
bere ad locum nominatum per eandem synodum sicut cum eis conuentum erat
Nec dubium esse debet cuiquam xpiano quod si iuuare uoluisset gabriel
tunc dictus Eugenius ut uenissent sicut ipse restitit et impediuit quod
fuissent adducti Sed maluit ecclesiam scindere quam in hoc consentire ut
sub umbra illa reformatione euitare posset et facta ipsius ecclesie in sua ty-
ranidem redigere. Dum uero citatus est scidit extunc ecclesiam quantum
in ipso fuit, ymo et contra determinatione catholice fidei concilium hoc
Basilien licet nullitur transtulit extunc in ferrariam casu quo procederetur
contra ipsum aut aliquem oratorum suorum presidentium qui in concilio fuerant
quorum unus de crimine falsi erat accusatus de quo fuit postmodum iusto
iudicio condempnatus Et iam hoc dicit se hoc fecisse propter grecos quod
propter se et presidente suum fecit. Nam et contentus erat non obstante
omnibus ut Concilium Basilee permaneret usque ad aduentum grecorum
dummodo ab ulterioribus processibus contra ipsum et prefatum presidentem suum
supersederetur Addit autem de uenerabilibus sancte Romane ecclesie Cardinalibus
contra quos tamen nichil Concilium agebat, nisi quod eos euocabat ad pro-
uidendum ecclesie in tanto periculo. Sed quid attinet ad factum grecorum
quod oporteret dissolui hoc Concilium si procederetur contra unum de presi-
dentibus gabrielis ipsius olim Eugenij ut propter hoc sibi liceret transferre

Beat⁹ Iero⁹



Concilium ferrariam impediendo cuꝰ ex hoc solo capite fuit Bohemorum
quod tunc actu in Basilea tractabatur cum oratoribus regis Bohemie
et mandando ne illud ultra triginta dies ageretur in casu predicto ex
communicando ꝙ pruinde inhabilitando omes qui postea in Basilea
actus conciliares exercerent tam in fide quā reformationis gñalis
in quibus ipe iuxta ueritatem fidei catholice tenebatur obedire concilio
Quis tam subtilis quis tam acutus qui hoc fuit ab errore a falsitate
excusare posset dum prope cuncta tam ustata punitione vñ fallaq
cuꝰ omnibus alijs cessantibus ipe olim Eugenius omnia hec scandala appe
trabat Dicatur suspensionem eius ab administratione ꝑpal fuisse
factam cum instaret aduentus grecoꝝ Notorium uero est quo post illa
adeo scandalosam dissolutionem et translationem in ferrariam mon⁹
fuit ut eam reuocaret sub pena suspensionis post quatuor menses ñ
resipisceret in contrarium / qđ dum facē noluit ꝑ propria contūaz huiꝰ
suspensione incurrit / Neq; aduentus grecoꝝ qui dum post ipam sus
pensionem in portum Venetiarum aduenerunt in hoc aliquid auxiliatur Ad
iungit qđ ad deponendum eius pessimum est ut immineret concilium grecoꝝ
reducte Sed scit totus orbis qđ licet ad deponendum eius procedere licite
potuisset sta Synodus iuxta decreta ipius postquam ꝑfatus Gabriel sus
pensionem ipam sustinuerat ꝑ duos menses animo indurato tame
maxima utens patia et mansuetudine adhuc postea ꝑ quindecim
menses hanc deponendi distulit donec grauissimis pcalis immine
tibus hoc sacrum Concilium in pcalo totalis dissipationis positum erat
post depositionem autē ipius per aliquot dies publicatur qđ greca
vnionem acceperat / Sed nunquid idcirco in suis erumnis pcalere
debet aduersus catholicam ecclesiam ac indicia eius iusta
confundere Auctum gñalium conciliorum ꝓsternere quia dicit se re
duxisse grecos et omnia mala facta sua sub hoc pallio cooperire labo
rat / Videatur ꝑ deo expiam quem in hac re possent Jam dudum
Anno dñi millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto dum ve
nissent ad hanc sanctam Synodum cuius expensis oratores ipsorum
grecorum cū quibus tractabatur ut Anno sequenti Jmpator Ro
manoꝝ et patriarcha Constantinopolitanus cum cleris et orientis ueniret
ad aliquem locum ꝑ hanc sanctam Synodum nominandum / Ac refutus

gabriel misit xpoforum Garathonum ad Constantinopolim ut ibidem
fieret Conuencio latinorum et grecorum et non uenirent citra mare Vnde
multa retardatio in facto vnionis grecorum quam hec sancta Sinodus
prosequebatur subsecuta fuit Tandem ipse olim Eugenius consensum
prebuit vt eadem sancta Sinodus prosequeretur conuenta cum prefatis
Oratoribus grecorum per eum modum quo cum eisdem ipsa concluserat
Et nichilominus dum post consensum predictum Oratores nostros ad pre
dicta exequendum misissemus in greciam qui pecunias pro congregan
dis orientalibus dederunt Ipse gabriel iterum misit prefatum gara
thonum qui in contrarium ipsorum Oratorum nostrorum laborabat Cum vero
res conclusa fuit ut greci ipsi citra mare uenirent ad locum noian
dum per hanc sanctam Sinodum deus nouit quantis artibus gabriel
ipse impediuit et impediri fecit tam in Aminione quam alibi Ne hec
sancta Sinodus haberet pecunias pro conductione grecorum quantis modis
laborauit ut ipsos ad se traheret vt sub vmbra grecorum sua complet
desideria Qui etiam suum saluum conductum pro eisdem grecis conducendis
hinc sancte Sinodo requirenti dare recusauit Dum Sigismundus
Imperator Roman et Albertus tunc dux Austrie et nunc Rex Ro
manorum Rex francorum atque alii reges per quorum dominia venturi
erant greci prefati Necnon alii duces et principes atque etiam Venetorum
Januen florentinorum ac Senen communitates suos saluos conductus
liberaliter concesserunt Ea res quidem perpetuis est deploranda
seculis Poterat fieri grecorum vnio cum bona pace cum vnione
ecclie nre in uero vniuersali Concilio ubi plati orbis vbi omnes
principes catholici aut Oratores eorum conuenissent Vbi mul
to celerius multo stabilius atque firmius fuisset fauente duo
ipsa vnio expleta Maluit ipse gabriel ecclesiam nram catholicam
scindere fecit ipsorum grecorum perturbare et eos ad Conuenticulum Ferra
rien ac deinde florentinum perducere ubi reges catholici videntes
scisma eius et illicitam erectionem altaris sacrilegi contra uerum
altare uidelicet hoc sacrum vniuersalis ecclie Concilium ab
horruerunt illuc suos mittere Oratores Si uero greci ipsi aliquam
professionem ueritatis fecerint in qua persistant aut si quid boni
in hoc facto reptum fuit rerum ueritate compta gras agemus

diuine pietati que non sinere mala esse nisi potens esset ex illis elicere
bona / et vnionem ipsorum grecorum semper obtauimus et obtabimus
Sed non propter hoc mala ipsius gabrielis sub hoc pallio cooperiri possunt
Quid enim sibi prodesset ceteros ad fidem conuertere si ipse in scis
mate et heresi permanere uellet / Si ceteros uellet vnire et se ab ecclesia
catholica separare / qui etiam si montes transferret et caritatem non haberet
erga ipsam catholicam ecclesiam sicut nec habere potest quamdiu scisma
et heresim obdurato animo retinet nichil sibi prodest Et licet laboret
et sub hoc colore grecorum fideles xpiani suum Conciliabulum Florentinum
in scismate erectum approbent / eundemque gabrielem depositum
priuatum condempnatum et reprobatum per uero et summo pontifice vene
rentur / Tamen deus illis dedit intellectum ad discernendum bonum
a malo cognoscendumque iusticiam ac ueritatem / et frustra tale rethe
iacitur ante oculos pennatorum / Alij enim pontifices in veris concilijs
generalibus ut Innocentius iij. in Concilio Lateranen in quo duo patri
arche Orientales personaliter affuerunt. Et gregorius decimus in
Concilio Lugdunen grecos reduxerunt longe citra quingentos annos
ymo etiam ipse gregorius ibidem baptizari fecit Oratores Tartarorum
Et nichilominus si ecclesiam scandalizare uoluissent illi pontifices atque
mala perpetrare que fecit ipse olim Eugenius nequaquam hoc eis sub tali
colore permisisset ecclesia ¶ Deinde prefatus gabriel comparat se beato Leoni
contra quem dyoscorus sinam tulisse refertur in secunda Ephesina
Sinodo cui hanc sanctam Sinodum Basilien assimulat / Longe certe est
differencia inter Leonem sanctum et gabrielem tot vitijs et criminibus
irretitum / atque etiam inter hanc sanctam ultimam Sinodum in plena
libertate semper constitutam / et illam reprobam ephesinam in qua
viri armati gladios tenentes in manibus compellebant homines
ad difiniendum quod placebat dyoscoro ¶ Tandem ipse Gabriel de
positionem dampnat et reprobat / quod certe omnibus malis et per
uersis iuste condempnatis accidere solet ut semper sinam in eos latam
iniustam esse reputent. Sed in causa propria non mirum si non recte iudicat
qui in uerbis iniuriosis atque inflatis per totam suam inectiuam respersis
plene ostendit se loqui ex passione animi exacerbati non ex iudicio ra
tionis / dum audet dicere / demonia totius orbis in latrocinium

Basilien confluxisse uideri et alia horribilia uerba que nemo pru
dens nemo iustus nemo diceret honestus. Sed dixerunt ea uide
re pe qđ demonia habebat et multotiens ecclia catholica a diuersis
hereticis ut donatistis arrianis et aliis pmultis graues iurias
audire solita est qui dum lepra heresis infecti erant Alios oms
qui aliter ab eis sentiebant hereticos reputabant et ab ecclia p
falsos et schismaticos sicut nunc gabriel abbreuiate ecclie p sacris
de hijs iudicauit qui in unitate pmanserut qui doctrine catholice
et aplice adhesserunt et constantissimis animis semper adhe
rerent tam in Concilio Constanciensi declarate qua dudum in hoc
Basilien etiam pro eo tempe sicut pdictum est que ipe gabriel
hoc sacrum Concilium primum generale Concilium esse recognouit
et quo legatus sine eidem presedit. P spiciebatur etiam quanta
desolatio ecclie sequeretur si deincaps euacuatis Conciliis ge
neralibus sprets canonibus abiectis determinationibus catho
lice fidei unus mortalis homo posset negocia ecclie p libito uolu
tatis agere. Qđ uero longam pacam habuit sca Synodus in tol
lerando gabrielem et facta eius ipe hoc impingere conantur tan
quam pro habendo ppatium facta sit tam longa protractio Cum
e contrario manifestum sit qđ si hoc quesiuisset sca Synodus ia
dudum ad deponendum eius pcessisset ateruis scandalis schismatib9
et malis fere innumeris que pcul dubio pernitiosum et inutile regimen
accidebant Sed expectauit benigne hec sca Synodus eius emen
dationem in multa pacia et ipe p resistencias quas pstitit per
uarias impedimenta que plurit tam tempe prime pnse dissolutio
nis quam secunde qua alio medio tempore fuit causa tam diu
nunc protractionis Manifestatur iam oms conspicuit obdura
tam gabrielis pruacia p supdeam incepta et quoꝫ confundere
conatur ecclesiam catholicam virtutes qꝫ et iustitia ut iam oms
clarissime intelligere possint quomodo sine ulteriori quacuqꝫ p
tractatione ipm auferatur eiusqꝫ ueneno consortium fugiat et quoslibet
xpifideles ab eodem efficaciter recedere necesse sit atqꝫ in doctrina
ecclie catholice pmanere Dolere quidem omes debent qđ gabriel
ipe qui benigne ab assencendo ecclie et ambulando uniuersaliter

cum consensu in domo dei poterat fructus uberrimos in ecclia
efficere / et omnibus bonis spualibus et temporalibus habundare / Nunc
superba separatione in tanta mala se precipitauit / et ecclam ipam tan-
tis perturbationibus afflixit / ut conculcata concilior auctte ipaz
sue uoluntati subiceret. Jam uero ad talia uerba ipius gabrielis
in quibus finis non inueniretur nequaquam ultius attendere ne-
cesse est / Sed orandus est deus omps / ut animu illius humiliare
dignetur / et non ipm in dampnatione ppetuam corruere pmittat
Dandaqz est opa sicut necitas exposcit ut ecclie prouideatur de bo-
no et salutifero regimine ad conseruationem fidei et salute xpianor
in gliam dei omnipotentis qui est bndictus in secula seculor amen
Dat Basilee in congregatione nra generali. Non. Octobr
Anno a natiuitate dni millesimoquadringentesimotricesimonono

Collationate cum originalibus
et concordant

Diculefist

XVI.

# Sacrosancta generalis Sinodus.

Basilien in spiritu sancto legitime congregata
vniuersalem ecclam representans. Vniuersis
xpi fidelibus Salt. et omnipotentis dei ben.

¶ Grande periculum et desolationem inauditam
que iam ecclie dei et nobisipis imminet. O xpi fideles attendite
et antiqui hostis iacula conspicite quibus gregem dominicum
magno pretio redemptum perimere conatur ut deuotioribus
animis auxilium diuine gratie imploretis Et quemadmodum
exhortatur Aplus Accipiatis armaturam dei ut possitis resistere
in die malo. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possi
tis omnia tela nequissimi ignea extinguere qui iam uehementi
temptatione fundamenta ecclie et religionis xpiane concutere
querit. Volens Conciliorum generalium auctoritate euertere
per que fides orthodoxa et omnis uite atque actionis norma
tradita est. Et quorum uigore eadem fides atque regula disci
pline xpiane sustentari habent in terris ut illis prostratis
mala innumera super xpianum populum inducere possit. Sed
ut eam rem lucidius prospiciatis vosipos miserabiliter deperire
Ecclam que matrem vram tantis subici ruinis. Primum vos
considerare decet quanta desolatio in foribus est quantaque
periclitatio animarum imminet si nunc ruat et prosternatur
Conciliorum auctoritas. Deinde aperiemus quomodo ipa
grauissime ruit si illi fauor et obediencia prestatur qui ean
dem Conciliorum auctoritate factis uerbis et scriptis iam a
multo tempore conculcare non cessat. Postmodum obiectio
nes contra illius iustissimam Suspensionem ab Administracoe
ppali et subsequentem depositionem nullius esse momenti
clarissime ostendemus. Vt ueritate plene comperta quisque
xpianus intelligat quid sibi agendum est de necessitate salu
tis. ¶ Aduertite in primis o xpicole et ante oculos vros po
nite miserandum et flebilem statum xpiane religionis si eo
redacta fuerit ut quisque in summo pontificio positus iam asse
curatus sit qd nullam correctionem a Conciliis generali
bus deinceps habeat pertimescere quantumcunque Ecclam

scandaliset et eius statum perturbet et decoloret. Ita ut si omnes
dignitates ecclesiasticas et beneficia uenderet, si prelatos quosque
inuitos transferret et pro libito uoluntatis expelleret, Reges et
principes deiceret, moribus pernitiosis animas hominum passim
perimere laboraret, crudelitates perpetraret horrendas, legem
dei confunderet, queque salubria instituta euerteret, temporalia
ecclesie Romane et terrarum ecclesiarum particularium dissiparet atque
alienaret. Aliaque innumera flagitia scelera et crimina notoria
perpetraret ac se incorrigibilem redderet, catholica ecclesia in
unum congregata nullatenus illum a talibus cohercere possit
quinymo liberum esset ei qualibet Synodum eum reprimere
uolentem ilico transferre uel dissoluere persistentes in sinodo
contra uoluntatem eius persequi excommunicare priuare
inhabilitare contumelia iniuriis afficere Inuasiones corpo
rales aduersus eos excitare Ac deinde quicquid Synodus
statueret preciperet dictaret ordinaret penitus contemnere
abicere et reprobare. ¶ Conspicite pro dei reuerentia qualis
ex hac re daretur introitus inimico humani generis ad sub
uertendum religionem xpianam Dum seducendo unum homi
nem posset xpianitatem in desolationem maximam deicere,
mores peruertere, Canones et regulas quasque dissipare, Ecclesias
regna prouincias conturbare, ac bonis spiritualibus et tempo
ralibus spoliare, uiciorumque inmanitatem inducere. Aperite
oculos et uidete qualis ex hoc datur ingressus antixpo.
Sed considerate quomodo ea res fidem catholicam confunderet
atque uiolaret que est primum fundamentum ecclesiastici edi
ficii, quo euerso omnia corruunt, sine qua fide impossibile est
placere deo aut aliquam salutem consequi. ¶ Notum est
enim quomodo sacra Constantien Synodus ad extirpati
onem erroris, tanta pericula uniuerse ecclesie afferentis dif
finiuit et declarauit inuitendo sacris scripturis et doctrinis
antiquorum Conciliorum atque doctorum sanctorum quod Con
cilium generale uniuersalem ecclesiam representans potestatem
immediate a xpo habet cui quilibet cuiuscunque status et
dignitatis etiam si papalis obedire tenetur in hiis que pertinet

ad fidem / extirpationem scismatis / et reformationem ecclie
in capite et in menbris. Quodque siquis statutis et mandatis
cuiuslibet generalis Concilij legitime congregati obedire con
tumaciter contempserit in predictis et pertinentibus ad ea
condigne penitentie subiciatur et debite puniatur ad alia etiam
Juris remedia si opus fuerit recurrendo. ¶ Deinceps fe. re.
Martinus ppa Quintus approbante toto Constantien Con
cilio lras suas vniuersis Epis et Inquisitoribus mandauit
continentes qd est de necessitate salutis credere generale
Concilium habere supremam auctem in ecclia. Quodque
quodlibet Concilium generale et etiam ipm Constantien
reputat vniuersalem ecclam / et quicquid approbauit et ap
probat in fauorem fidei et salutis animarum est ab vniuersis
xpifidelibus approbandum et tenendum / et quicquid con
dempnat esse fidei et bonis moribus contrarium ab vniuersis
xpifidelibus pro condemnato tenendum et asserendum loquens
etiam de illis que circa principium ipius Concilij Constan
diffinita et approbata sunt sicut prefate lre sue indicant
que expressam mentionem faciunt de declaratione facta
circa principium ipius Concilij super Comunione diuine
Eucharistie sub utraque specie et de condemnatione errorum
et personarum eorundem Johannis wycleff et Johannis hus
¶ Fuit autem deinceps premissa determinatio de Conciliorum
auctoritate in hoc sacro Basilien Concilio in pluribus sessi
onibus repetita dum olim Eugenius Concilium ipm prima
uice dissoluere attemptauit atque in Responsionibus Syno
dalibus multipliciter declarata. ¶ Postque omnia sic decla
rata et in vniuersum orbem per Eplas aliasque lras et nuncios
Synodales publicata Ipe tunc Eugenius hanc sacro Concilio
doctrinam hanc notorie tenenti predicanti et publicanti
adhesit et ipm fuisse legitimum ac legitime a principio sui
continuatum professus est confitens dissolutionem per eum
factam irritam et inanem quam tamen primo ex iustis
causis et necessarijs factam esse publicauerat ac etiam
duas lras suas in aplico palatio contra hoc sacrum Concilium

Responsio synodalis ad cedulam presentatam in depurationibus per oratores principium...

et eius decreta promulgatas. In quarum vna dicebat quod ante ad-
uentum legatorum suorum existentes in Synodo nulla erant
sedis aplice auctoritate suffulti atque etiam designabat quod ipso
contradicente generalis Synodi non habebant potestatem.
Quodque multa et grauia disponere et statuere presumpserunt
contra decreta sanctorum patrum et in aplice sedis graue pre-
iudicium tertiasque incipientes Deus nouit suo nomine factas
in quibus quam plura contra auctoritatem Conciliorum
asserebantur, et quicquid pereum aut suo nomine in pre-
iudicium aut derogationem huius Concilij Basilien seu
contra eius auctoritatem factum attemptatum seu asser-
tum erat Cassans irritans et annullans nullasque et irri-
tas fuisse et esse declarans adiciensque decetero a grauami-
nibus ipsi Concilio inferendis abstineret. ¶ Deinceps
quoque post ipsius adhesionem in sessione publica presidente
legato aplico assistentibus Octo sancte Roman ecclie
Cardinalibus Oratoribus Regum et principum prela-
torumque et doctorum iuris diuini et humani copiosa multi-
tudine eadem declaratio Constantien Concilij renouata
extitit. Vbi autem hec ueritas concernens manifeste fidem
et ius diuinum sicut olim lucide in celebri responsione inci-
piente Cogitanti et alijs pluribus responsum fuit expresse
disserens de auctoritate imediate data a xpo ecclie congre-
gate et Concilijs generalibus tociens et tam sollenniter
per vniuersalem ecclesiam declarata est et per Concilia gene-
ralia que summi pontifices consistorialiter declarauerunt
fuisse legitima etiam pro eo tempore quo huiusmodi decla-
rationes ediderunt. ¶ Si autem post hec omnia ipse de-
clarationes fidei et iuris diuini abiciantur ac ueluti erro-
nee deiciantur et conculcentur impingaturque toti ecclie
error que talia declarauit. ¶ Quis non uidet alias he-
reses per ecclesiam sopitas resuscitari et nouis suscitandis
frena laxari dum ex hoc via paratur ut Concilijs genera-
libus in declarationibus fidei et diuini iuris amplius non
credatur. sed in qualibet regione in quolibet loco possint

homines sectas hereses et quaslibet malas doctrinas excitare amplius non timentes suas adinuentiones per Concilioꝝ generalium auctoritatem confutari. Vnde totus orbis in conturbationem magnam deueniret et periclitabitur xpianitas que et olim ante tempora Constantini sicut testatur Ysidorus feruente persecutione multarias hereses fassa est quia non erat Epis licentia conueniendi multum nisi tempore supradicti Impatoris. ¶ Qd si tunc non obstante qd essent summi pontifices vita et sanctitate preclari propter defectum congregationis Concilioꝝ generalium hereses ipe pullulabant. Quanta nunc exurget heresium uorago si amplius generalium Concilioꝝ diffinitionibus non credatur nec acquiescatur atqꝫ illoꝝ sic miserabiliter prosternatur auctas ¶ O quanta xpianitatis destructio O quanta fidei desolatio Quanta omnis religionis et pietatis abiectio. Quanta euersio reꝝ publicaꝝ Regnoꝝ et prouinciaꝝ quantu naufragium animaꝝ ¶ Plorate iam et ingemiscite omnes inuocantes nomen domini maiores cū minoribus et apertis oculis inspicite turbationem venturam uniuerso orbi ruinam qꝫ vram et desolationem prenidete. Si sic frangatur illa necessaria Concilioꝝ auctoritas. ¶ Sed et flete super vos si sic prosternatur qd omnium xpianoꝝ tum summoꝝ pontificum qua principum xpianoꝝ prelatoꝝ qꝫ religiosoꝝ ac ceteroꝝ xpianoꝝ erat supremu refugium in terris. Ad eoꝝ nempe auxilium sepe numero confugerunt summi pontifices dum a tyrannis persecutione patiebantur que iam amplius nulli uenerabuntur aut reuerebuntur tyranni si hoc tempore corruerint. ¶ Per ipa Concilia sedes aplica robur sue dignitatis et auctis conseruabat dum per eoꝝdem Concilioꝝ suas auctis hominibus formidandas et uenerandos Canones omnes aduersarios fidei et sane doctrine atqꝫ bonoꝝ moꝝ corruptores arcebant et opprimebant. Ipi quoqꝫ pontifices per eadem Concilia dirigebantur ut ambularent ad ueritatem euangelij et prate sibi data ad edificationem

vterentur. Vnde qui ipsorum Conciliorum auctoritatem enerua-
re querunt illi decorem dignitatem robur et auxilium aplice dig-
nitatis fidemque et salutem et bonas actiones summorum pontificum
manifeste confundere moliuntur atque in illam destructionem
adducere de qua loquitur beatus Gregorius dum post enu-
merata vniuersalia Concilia subdit. Cunctas uero quas
prefata ueneranda Concilia personas respuunt respuo. quas
venerantur amplector. quia dum vniuersali sunt consensu
constituta se et non illa destruit quisquis presumit absoluere
quos ligant aut ligare quos soluunt. Quibus uerbis dictus
Gregorius immediate subiungit Quisquis ergo illud sapit ana-
thema sit. ¶ Vt uero de prelatis ceteris ecclesiasticis et prin-
cipibus secularibus qui ad Concilia refugiunt habebunt
dicere obmittamus quoniam prolixum esset nimium omnia
enarrare. saltem illud homines conspiciant quod per huius sacri
Concilij labores Regnum inclitum Bohemie Sigismundo
Romanorum regi restitutum fuit. Quodque aduersus nonnullos
qui temporalia cunctis ecclesijs eripere religionesque tam mendi-
cantium quam aliorum destruere conabantur Singulare pre-
sidium tam in dicto Constantien quam in hoc sacro Concilio
inuentum est. ¶ Quid de scismatibus tollendis dicemus
si amplius Concilijs generalibus non obediatur si plures
contenderint de papatu. quilibet qui se verum papam putabit
dicet se superiorem Concilio quomodo poterunt iudicari. quo-
modo coherceri aut reprimi si viderint hoc modo prostratam
ipsorum Conciliorum auctoritatem quod si omnia inconueni-
tia enumerare uellemus que secum afferret huius auctoritatis
ruptura non multis possit describi codicibus. ¶ Sed iam
ad secundum explicandum transeamus quomodo hec pro-
sternitur auctoritas. quomodo ruina grauissima ecclesie
et malorum ac turbationum inenarrabilis magnitudo pa-
ratur si ille sustineatur et foueatur qui huius auctoritatis
se contemptorem impugnatorem et notorium persecutorem
ostendit. ¶ Quis negare potest o xpiani quod refor-
mationi ecclesie in capite et in menbris quam totus orbis

desiderabat et pro qua iam plura Concilia generalia con
gregata fuerunt durissime restiterit de quo omnis anima
dolere debet ille qui primus homines ad viam salutis inducere
debuerat olim Eugenius papa quartus nunc Gabriel nuncu
patus, quod quoque illa que pro ipsa reformatione decreta et insti
tuta erant per hanc sanctam Synodum a se abiecerit et
contempserit, Ita ut nunquam vnum Canonem sinodalem
Reformationem ipsam in Executionem efficacem deducere
compertus sit. Qui nullam penitus emendationem in re
gimine ecclie sue propter quacunque amonitionem aut
correptionem effecit sed assidue graviores abusus adauxit
in perditionem animarum et detestabilis Symoniace pestis
fomentum. Quis negare potest quod quantum in se est
auctoritatem omnium generalium Conciliorum concul
cavit dum euocatus ad sinodale iudicium diffinivit quod ex
certa scientia auctoritate apostolica et ex plenitudine potestatis
transferebat hoc sacrum Concilium casu quo procederetur
contra ipsum aut aliquem Oratorum suorum presidentium
qui in Concilio fuerant, cum tamen eo tunc ipsum Concilium
generale verum ac legitimum reputaret. Quis dissimulare
potest quod etiam ipsi Concilio auctoritative prohibuit,
ne ultra dies triginta causam fidei que cum Bohemis age
batur tractaret. Adiciens quod omnes excommunicabat, pri
uabat beneficijs et inhabilitabat ad eadem qui deinceps post
terminum quem ipse tunc prefixit actus Conciliares Basi
lee exercerent, volens etiam ex ea causa esse derogatum
quibuscunque declarationibus etiam sub nomine generalis
Concilij factis et alijs incontrarium faciendis. Ex hijs pro
sternens et manifeste abnegans supradictam declara
tionem catholice fidei tam per sacrum Constantiensem Concilium
quam per hoc Basiliensem dudum ut premittitur renouatam
et se superiorem in hijs omnibus Concilio designans vigo
re cuius prense dissolutionis Scisma horrendum et grauis
simam diuisionem consequenter in orbe posuit erigens
congregationem Ferrariensem sub nomine alterius generalis

Concilij contra hanc sanctam Sinodum postquam declarauerat
conditiones in prefata dissolutione positas purificatas fuisse
scindens hoc pacto inconsutilem tunicam xpi et ecclesiam quam
in vnitate reppererat gladio seuissimo diuisionis et scismatis
feriens, quod certe omnes debuerunt abhorrere xpiani qui
bus simile scisma nunquam compertum fuerat. ¶ Sed nec hys
contentus in hanc sanctam Sinodum varias persecutiones
excitauit mandans Ciuibus Basilien ut eandem a sua Ciui
tate expellerent, Alioquin in ipsam Ciuitatem Interdictum
et in gubernatores eius Excommunicationem proferre dicebat
Inhibendo ne quis victualia deportaret ad eandem et si qui por
tarent spoliarentur cederentque spolia occupantibus. ¶ Scripsit
preterea ut in eos de Concilio fieret persecutio tanquam in hostes
xpiane fidei vocans ipsam Sinodum in quorum perfidam Sy
nagogam, que mandata adeo grauia fuerunt ut vix filius per
ditionis aduenientis grauiora aduersus ecclesiam mandata fer
re posset si eam sentiret pro sustinenda fide et lege domini in
loco aliquo congregatam ¶ Que uero et quanta scripserit
diuersis principibus blasphemando eandem Synodum et decreta
eius longum esset enarrare. ¶ Sed et quomodo primonium
terras et dominia ecclie que in summa pace et prosperitate reppe
rerat ipse tractauerit, Quas alienationes fecerit, quas guer
ras commouerit, parcialitates acceperit, Quanteque crudelita
tes sub regimine suo in loca et in subditos ecclie ppetrate sint
Quomodo Juramenta sua solleminiter in Conclaui et post
Conclaue prestita infregerit flebile est dicere. ¶ Et preterea
que unquam maior incorrigibilitas Que maior pertinacia
in aliquo pontifice uel ministro ecclesiastico apparuit, qui
non solum in predictis suis excessibus, quibus diuinam ma
iestatem et legem eius ac fidem catholicam tam notorie
offendit et ecclesiam xpi in spualibus et temporalibus sic con
turbauit afflixit damnificauit diuisit et supra modum scan
dalisauit obdurato permansit animo. Verum etiam uult
hys non obstantibus ab omnibus Innocens et iustus re
putari, nulla unquam emendatione, nulla correctione ostensa

quasi tantam cecitatem iam in populo dei excidisse credat ut tam grauia vicia uelint pro virtutibus venerari. ¶ Videns autem hec sancta Sinodus ad ipius emendationem nec dulces admonitiones sepius ei per plures legatos et Oratores transmissas nec longam pacientiam et benignam expectationem nec citationem Juridicam nec suspensionis ab Administratione ppali Sniam iustissimam proficere. Tandem expectatis decem et septem mensibus post suspensionem pdictam necesse habuit super depositione ipius a ppatu iustum proferre Judicium prout eidem ex auctoritate a xpo data incumbebat. ¶ Nunc uero aduertite o xpi fideles que deinceps erit in orbe Conciliorum auctoritas si post hec omnia fouetur et sustinetur qui non solum in tantis malis se incorrigibilem prebuit. Verum etiam eandem auctoritatem Conciliorum prosternere laborauit et laborare non cessat Vt deinceps nec ipe nec aliquis successorum suorum per Judicium ecclie corrigi ualeat sed possint pro libito uoluntatis omnia agere absque ullo timore correctionis fiende super terram. ¶ Qui et adhuc post suam depositionem grauiora grauioribus addens tres declarationes catholice fidei de auctoritate Conciliorum condemnare ausus est. Cuiusque Oratores iam per orbem aduersus auctoritatem aperte predicant. Et tam ipi quam non nulli sibi fauentes disseminant libellos ac tractatus ad huius heresis diuulgationem et suppressionem declarationum catholice fidei quas vniuersa tenuit ecclia. ¶ Potestis autem o cuncti xpiani hunc ignem priusquam amplius accendatur extinguere et fidei catholice ac vniuerse ecclie pacem reddere si sententijs iustissimis huius sancte Sinodi quam representare vniuersalem ecclam recognouistis debitam prestiteritis obedientiam et viam ueritatis ac iustitie efficaciter amplexari curetis in fauorem fidei et salutis ecclie vniuerse. ¶ Si uero id non fiat sed diutius prestetur obedientia ei qui omnium horum malorum caput est, si repulso ecclie Judicio ille sustineatur qui iuste condemnatus est, si impugnatori

notorio fidei et auctoritatis Concilior̄ fauceatur / Si manifestus persecutor congregationis Synodalis sustineatur. Si mandata statuta et precepta Concily generalis abiciantur et rebellans atq; contumax et incorrigibili adhereatur / Ille post sententiam depositionis in eum latam pro Capite ecclie reputetur / Qui se ab ipius ecclie vnitate et Corpore per fidei lesionem / per scismatis in erectione alterius pnsi Concily perpetrationem separauit / Et cui iam nullus color / nullus titulus ꝑpatus competere potest. Si denicq; non audiatur ecclia iudicans et libellis illius qui condemnatus est blasphemias et enormes Iniurias in sanctum Synodum et existentes in ea continentibus aures prebentur / ¶ Quis non videt dies illos malos horrendam q; turbationem totius ecclie de qua superius disserimus in proximo adesse / Quanti reperientur qui dimicabunt in Concilys generalibus ad defensionem fidei ad extirpationem heresum / ad reformationem mor̄ ad tuitionem iustitie et veritatis persistere nellent / Si videant sibi priuationes benefitior̄ / persecutiones corpor̄ Iniurias ob probria pnsas censuras et quascunq; aduersitates imminere Illi autem qui hec aduersus Synodum hec perpetrauerit obedientiam et fauorem finaliter dari. ¶ Sepelitur profecto concilium et prosternitur si res ita procedant ipa Concilior̄ auctoritas / et grauissimus dolor imminet omnibus xpianis ¶ Verum confidimus in domino qd̄ non sic ecclam suam in interitum ruere permittet quinymo excitabit corda seruor̄ seruor̄ suor̄ ut misereantur ipius ecclie et animar̄ suar̄ nec fidem catholicam veritatem et iustitiam sic opprimi ¶ Sed neq; hoc sustineri potest qd̄ quidam obedientie neutralitatem consulunt obseruandam. Et sicut ei qui iuste per Synodale Judicium condemnatus est nequaquam obediendum est / sic Concilio indicanti obedientiam subtrahendam putant. ¶ Quomodo enim potest quisquis xpianus excusari ut ab omni iudicio ecclie se subtrahat / cum de necessitate salutis ecclam audire teneatur sicuti euangelica doctrina et omnis scr̄ traditio testatur

Qd si liceret cuiquam se a Judicio vnius Concilij subtrahere posset consimiliter et alteri Concilio denegare obedientiam / Nec in eorum sententijs siue pro fide siue pro quibuscunque rebus animarum salutem ecclie statum concernentibus ulla stabilitas ulla ue efficatia haberetur / Quilibet acta Conciliorum examinare uellet / ac de illis prout eis videretur iudicare / aut post Judicium vnius Concilij aliud expetere / nullum interim debitum obedientie reddens / sicque frustraretur Conciliorum auctoritas / ¶ Et tandem neque ipsis neque summis pontificibus legitimam administrationem habentibus obediretur / Vnde in totum confunderentur ecclia stica Judicia / periclitaretur que xpiana religio. Nec deinceps Concilia generalia quecunque mala reprimere laborarent / si eorum sententijs non obediri conspicerent / ¶ Neque locus est suspensioni animorum in tam clara Justitia in tanta obediendi necessitate / dum per defectum obedientie prestande fidei lesio et ueritatis oppressio assidue succrescunt periclitantur anime immunere / et exemplum datur omnibus ut deinceps nullis sententijs prelatorum suorum sicuti nec Sinodorum obediant / sed animos suos per plura tempora suspendere uelint / Vnde omnis Jurisdictio perire poterit / dum auctoritatem supremam ecclie obmitti et negligi videbunt. ¶ Si itaque communi bono ecclie dei consulere queritis O xpi fideles / si pnitibus malis finem imponere / si pacem consequi / et felicem statum totius xpianitatis intueri / date operam ut cuncti vnanimiter viam ueritatis sequantur / ut Concilijs generalibus sua reddatur auctoritas / ut nullus eam deneget Sinodo vniuersali obediam ad quam tenetur de necessitate salutis in hijs que ptinent ad fidem / extirpationem scismatis et reformationem ecclie in Capite et in membris / ¶ Sic cessabunt scismata / sic hereses extinguentur / mores reformabuntur / iugebunt Concilia / sedes aplica et virtutum dignitate et honore plurimo reflorebit / repellentur conatus antiqui hostis / breuiabuntur dies mali et malorum grandium repelletur

incursus que si secus fiat super omnes xpianos iam imminere
conspicitis. ¶ Superest iam ut eas obiectiones nullius
ostendamus esse momenti que ad illaqueationem animarum
et obfuscationem ueritatis ac Iustitie huius sancte Sinodi
per non nullos afferuntur. ¶ Allegant quidem hoc sacrum
Concilium de suo consensu fuisse translatum pro eo quod con
cordauerat cum grecis se transferre infra mensem postquam
aduenissent ad ultimum portum citra marinum eisdem
in Constantinopoli per Oratores Concilij nominandum
pro celebrando ycumenico Concilio in eo loco quem hoc
sacrum Basilien Concilium elegisset. ¶ Verum quantum
reitienda sit hec obiectio vos xpi fideles aduertite. Mani
festa quidem nimis est ueritas quod greci preualentibus
practicis olim Eugenij persequentis Synodum non ad
portum per Oratores Concilij eis nominatum venerunt
neque ad locum per Concilium electum sicut ipsi promiserant
venire voluerunt ymo scripserunt Concilio per Oratores
eius in Constantinopolim missos se propterea cum eis
et eorum galeis non uenisse, quia tempus mittendarum
ipsarum galearum transactum erat. Sic se absoluentes
ab omni obligatione mutua que inter Concilium et ipsos
contracta erat, licet tamen se alteri Oratorum prius dix
issent de ulteriori expectatione contentos esse. Impedimen
ta quoque Concilio prestita essent manifesta cum in conuentio
nibus initis cum eisdem expresse cauetur omnia debere in
telligi sine fraude et dolo ac legitimo impedimento cessante
¶ Quod si ad requestam ipsius olim Eugenij deinceps ire
noluerint ferrariam contra consensum Concilij. Quis
ratione utens dicere possit Concilium ex ea re ad se trans
ferendum fuisse obligatum. ¶ Dum uero quidam ulterius
obiciunt quod Concilium quadam vice conclusit casu quo
Ammonien certam pecunie summam infra mensem non
traderent in pecunia numerata, et de hoc infra duodecim
dies sequentes non certificaretur Concilium. quod tunc te
neretur ipsum Concilium ad Electionem alterius loci pro

procedere et vniuersali ecclie aliunde prouidere. Qd dum
aduenente tempore non fieret presidentes aplici et alij qui
dam secum minorem partem Concilij facientes tanquam ad
ipos deuoluta ptate Concilij alium locum aliumq portu
nominauerunt et Oratores ad grecos miserunt. ¶ Sepe
ad huiusmodi obiectiones per decreta et Eplas nras Re
sponsionem fecimus ostendimus q illas penitus esse in
anes. Manifestum est enim qd Concilium in ea con
clusione cum nullo contractum fecit aut conuentione
Nullus q aderat cum quo huiusmodi contractum cele
braret nulliq dubium est quenquam cum seipso contra
here non posse cum inter spondentem recipientem q spon
sionem debeat esse distinctio personarum. Vnde omniu
illarum obiectionum corruit fundamentum sed tantum
illam Conclusionem intra se cepit Concilium quam et
interpretari et mutare poterat iuxta casus occurrentes si pro
salute ecclie sibi ita agendum uidebatur. Nec aliquis sibi lege
imponit a qua recedere non possit. ¶ Neq dicebatur in con
clusione ipa qd in casu predicto minor pars haberet alium
locum eligere sed Concilium. ¶ Et si aliquod dubiu erat
quod interpretandum ueniret aut siquid in hoc agendum
uel deliberandum aut mutandum nullatenus Iuditio mi
noris partis standum erat sed plurimorum sententie acqui
escendum sicut mos antiquorum Conciliorum et omnia pa
trum instituta edocent. ¶ Vnde et ex eo in vniuersum
orbem turbatio grauissima excitata olim fuit dum aliqui
Epi minorem partem Concilij Niceni facientes illis con
tradixerunt que maior pars concluserat. ¶ Sed quid
amplius illi met presidentes aplici qui sub pretextu con
clusionis illius alium locum eligere voluerunt eidem
Conclusioni cum fieri deberet contradixerunt ptestantes
se non consentire in decretationem loci Auinionen de qua
expresse agebat dicta Conclusio. ¶ Et ulterius pendente
termino prefixo Oratores olim Eugenij Archieps Cre
ten et Iacobus de Rachameto impediebant ne ille

pecunie darentur in Aurinione de quibus hec conclusio agebat
¶ Scripserunt preterea Aurinionen quomodo Abbas Bone
uallis et Raymundus Talom decretorum doctor ad eos
missi ex parte Concily composuerant cum eis exptate eis
data a toto Concilio qd haberent decretationem loci Au
rinionen et impositionis decimarum prusquā pecunias suas
exsoluerent. Mandauerunt qz ipi Aurinonen qd illis
habitis pro cautione eorum pecunias expedirent de quibus
Oratores Concily missos ad eosdem autos et securos fe
cerunt. ¶ Judicauit Concilium qd rationabiliter petebat
qd qz attentis predictis que superuenerunt ad noticiā ipius
Concily et alijs pluribus ipm mouentibus non erat proce
dendum ad Electionem alterius loci nec expediebat salui
ecclie et bono rei agenda. ¶ Qd autem aliqui
pauci ad Electionem alterius loci temerarie procedere pre
sumpserunt se dicentes decretum agere contra duplo maiore
partem Concily et amplius sandentes et dimdentes qnti
in se fuit ecclie unitatem. ¶ Hoc prorsus illicitum et perni
tosum fuit sicut per solleme decretum Sessionis nostre
Tricesime secunde demonstrauimus. ¶ Unde et tenaribus
eorum extime resistens hec sancta Synodus decretationem
fecit in Sessione publica super Electione loci Aurinonen
et aliorum sibi adunctorum omnem aliam Electionem
seu nominationem loci per quoscunqz factam irritans. ¶ De
inceps quoqz subsecuta est communis omnium nullo disce
pante concordia, qd tres domini inter quos erat unus et
primus legatorum aplicorum haberent sigillare illud decreti
quod sigillandum esset sine preiudicio alicuius et Oratores
mittere. Ipi autem sigillauerunt decretum Concily mit
tentes ipm per Oratores in Aurinonem illo reiecto quod
per minorem partem factum fuerat. ¶ Cunqz sit omo
a ueritate alienū duo decreta contrarij tenoris uno et
sibi inuicem contradicentia expresse uno et eodem tempore
simul a synodali Judicio emanauerint. Quia spūs scūs
per os generalis Concily contrarie loqui non potest

eo ipo qđ decretum Concily super Electione de Basilea
Aumone et Sabaudia consentientibus omnibus pribus
qui in Concilio erant etiam ipis legatis sedis aplice vera
bulla plumbea synodali rite plumbatum est manifestum
est dictam cedulam legatorũ nullatenus vim decreti hre
posse. ¶ Quinymo dum quidam tras super eo / qđ per
minorem partem factum fuerat clandestine bulla facti
Concily de nocte surrepti sigillauerunt declaratum est
illas falso esse bullatas & qđ Archiepc Tarentinus olim
presidens et Orator ipius olim Eugenij qui se in hac opam
dam effectu dedisse confessus erat tanquã falsarius iuste
condempnatus extitit. Hic igitur in ea re / nullus hesita
tionis scrupulus est / qđ penitus nullius momenti fuerit
quod per illos paucos contra indicia Concily actum est
¶ Sed nec de hijs disputare necesse est cum etiam illud
quod per eos paucos factum fuerat abruperit ipe olim Eu
genius qui cum omes patres existentes in Concilio tam
sin legati quã alij dicti essent ut Concilium firmiter manet
Basilee usqz ad aduentum Imperatoris et Patriarche
grecorũ ad ultimu portum. Nichilominus ipe longe
ante aduentum dictorũ grecorũ hoc Concilium quanti
mse fuit abrupit et dissoluit ex eo capite qđ procederetur
contra ipm aut aliquem suorũ negans Jurisdictionem
imediate a xpo Concilijs datam Et se ut antea pmissum
est supra Concilium erigens in facto Reformationis
et fidei. ¶ Quam pnsam dissolutionem cum non reno
casset infra quatuor menses ymo aliam congregationem
sub nomine generalis Concily interim apud Ferrariam
fecisset grauissimis sasma perpetrans suspensus fuit ab
Administratione ppali ante aduentum predictorũ gre
corũ. Eo tempore quo etiam illi de minori parte pdictum
Concilium permanere debere in Basilea dixerunt
¶ Postqua vero legitime suspensus fuit per Concilium
quis xpianorũ dubitat quosqz actus per ipm in ad
ministratione ppali expletos nullos irritos et inanes

extitisse. ¶ Sic itaq; volentibus querere occasionem disce
dendi a sancta Synodo nullus color cuiuscunq; transla
tionis potest ullatenus suffragari, quod satis intellexerunt
Prelati principes vniuersitates ac ceteri maiores partis
orbis qui nunquam ad conuentionem ferrarien vel flo
rentinam iam fere de tribus annis erectam accedere vel
mittere voluerunt. Sed illa reprobata sanctam Sinodum
Basilien velut representantem vniuersalem ecclesiam verbis
et scriptis recognouerunt. ¶ Et cum dictam congregacionem
ferrarien erectam sub nomine generalis Concilij hoc du
rante Concilio non generale Concilium sed fuisse scisma
ticorum Conuenticulum prout in decreto nre vicesimenone
sessionis manifestissime constet Ipeq; Gabriel quia
caput illius scismatice Conuentionis et quia a ppatu legi
time suspensus erat Jurisdictionem ppalem non poterat
exercere per accessum ipsorum grecorum qui iam a pluribus
ab ecclia catholica diuisi erant, nullatenus dicta ferra
rien Conuentio legitima facta est neq; dici veraciter
potuit ipam esse generale Concilium vel ycumenicum
prout ipe illam intitulauit. ¶ Obiciunt deinde alij
qd in sancta Sinodo permanentes pauci numero fuerunt
ad exercendos actus Juridicos suspensionis ab administra
tione ppali et depositionis olim Eugenij ac subsequenter
Electionis sanctissimi domini Felicis ppe Quinti
¶ Quequidem obiectio si illi debeat suffragari qui Sino
dum persecutus est qui omnibus modis homines ab ea
subtrahere et separare laborauit. Et aduersus illos militet
qui tempore persecutionis permanserunt Qui oms de orbe
ad succurrendum et prouidendum ecclie dei per Eplas
et Oratores uocare integro fere biennio non cessauerunt
¶ Quis non uidet ex hoc auctoritatem Conciliorum pro
sterni et confundi Nam semper summus pontifex dum
Sinodum rumpere volet aliquos exinde abstrahere
poterit. Si autem alij permaneant obicietur eis pauci
tas. sicq; videntes se nichil proficere posse Synodum in

totum deserent, permitteturq; agere cuilibet summo pontifici
quicquid libuerit nec possibile erit si quisquam eorum fidem of
fendat, scisma faciat aut quibuscunq; malis ecclesiam scan
daliset remedium per generale Concilium exhiberi. ¶ Sed
numquid illi qui non fugerunt qui non deseruerunt Sinodum
in necessitate qui non fidem veritatem et iusticiam conculcari
permiserunt. Quinq; pro hijs sustinendis tribulationes et
dolores, pestem, guerram, penuriam, et ceteras aduersitates
subierunt propterea culpandi sunt. Numquid apli qui numero
pauci cum xpo permanserunt in temptationibus suis alijs
discedentibus ideo male egerunt. Nonne satis elucidatum fuit
in supradicta sinodali responsione que incipit Cogitanti
consentiente in hoc et cooperante tunc legato aplico quo illi
qui permanerent in Sinodo usq; ad finem operis sui comen
dandi essent non autem illi qui discederent aut qui se ab ea
diuiderent. Allegatumq; quomodo dum xpe dixisset. Nisi
manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius
sanguinem non habebitis vitam in nobis. Non pauci qui
remanserunt cum xpo sed illi qui recesserunt reprehensionem
meruerunt. Ibi quoq; non obmissum est quo recedente
Johanne vicesimotertio a Constantien sinodo non illi de
fecerunt sed comendati sunt qui cum ipo Concilio perstite
runt usq; in finem. ¶ Nec tamen ita pauci fuerunt in hac
sancta Sinodo ut quidam existimant, cum in decreto
Suspensionis ipius olim Eugenij ab administratione ppali
valde multi adessent et inter eos plures regum et principum
Ambasiatores, decreta quoq; de causis et de Collatione benefi
ciorum in eadem sessione promulgata sunt, que maior pars
orbis recepit tanquam a generali Sinodo vniuersalem ecclesiam
repntante. Vnde nullus color, nulla excusatio aut tergiuer
satio potest cuiquam in diuino iudicio suffragari quare illi
suspensioni resistat, aut cur post eam illi qui suspensus
fuit uelit ex certo proposito in administratione ppali obe
dire, et actus tanquam non suspensi legitimos reputare.
¶ In actu quoq; depositionis fere trecenti fuerunt. Et

tempore subsequentis Electionis grandis adhuc numerus
erat. ¶ Nec usqz hodiernu diem diuina prouidentia hanc
sanctam Synodum deseruit, quin competente numerꝰ
prelatorꝰ doctorꝰ et aliorꝰ notabilium virorꝰ habuit
et adhuc hodie habeat. ¶ Sed preterea hec questio dudu
diffinita et terminata est tam per Synodum quam per
summum pontificem tunc existentem Consentientibus in
hoc Cardinalibus sancte Romane ecclie et omnibus
xpianis. Nam cum tempore prime pnse dissolutionis pauci
prelati essent in Concilio non numerum Quatuordecim
excedentes neqz medietas omnium Suppositorꝰ in Conci
lio haberetur que premissis actibus interfuit ¶ Ipe quoqz
tunc summus pontifex obiciebat eidem Concilio numeri pauci
tatem per lras suas diuulgatas in orbem Et nichilominus
determinatum est per omnes qd hoc non obstante fuit
protunc legitimu Concilium et legitime continuatum ¶ Qd
si in tali numero legitimum est Concilium ex diffinitione
canonica et aplica Omnesqz de necessitate salutis legitimo
Concilio obedire tenentur tanqua habenti ptatem imediate
a xpo ut premissum est in pertinentibus ad fidem, ad ex
tirpationem scismatis et reformationem ecclie in Capite
et in menbris. Quis potest iam sub colore paucitatis uel
alio quocunqz occasionem querere non obediendi Concilio
in actibus prefatis. ¶ Qd si deinceps liberum sit uni
cuiqz de actis sinodalibus recipere que uolet que nolet abi
cere, reputare Concilium uelut habentem ptatem cum pla
cuerit, Cum non placuerit non reputare. Non audire ec
clesiam nisi quo et quo uoluerit. Quis dubitat ex hoc oem
auctoritatem Conciliorꝰ prosterni omnemqz obedi
entiam illis debitam frustrari. ¶ Clarum est itaqz
has obiectiones nullo xpiano suffragari quominus iustis
Sententijs per hanc sanctam Synodum pro necessitate
salutis ecclie promulgatis plene obedire debeat Que fide
liter dicimus veritatem manifestantes ad omne consci
entiam hominu ut videntes horrenda pericula et cunctis

ſeculis inaudita que ex conculcatione auctis Conciliorſ et diſceſſione a fide iam imminent viam veritatis efficaciter amplec tantur fidem ipam teneant et conſ tantibus animis uſ tute adhereant per quam Impugnatores inimici repellantur et omia in pacem quietem ac ſalutarem diſpoſitionem reduci ualeant. ¶ Obſecramus itaq vos xpi fideles per miſericordiam dei ut dum adhuc tempus eſ t conſulatis publice ſaluti Et ſicut adheſiſtis hinc ſce Synodo eiuſq auc toritatem recognouiſ tis Et inſuper veritatem fidei quam defendit ſuſ tinuiſ tis dum ille qui et nunc perſequitur temptaut prima vice ipam diſſoluere tenentes qđ hoc facere non poterat ſic et vos permaneatis et cum veritate ſ tetis uſq in finem / Hic qz agatis ut is qui tantis laboribus auc toritatem omnium Conciliorſ proſ ternere molitur tandem ab hys deſiſtat et ſue ſaluti conſulat / Nec tale exemplum poſ teritati relinquatis ut Concilium repreſentans vniuerſalem ecclesiam per vos tanto tempore recognitum et cui de neceſſitate ſalutis teneamini obedire patiamini in diebus veſ tris confundi et conculcari Verum quoq paſ torem catholice ecclie per eandem Synodum canonice Electum colite ac veneramini Cuius aſſumptionem ad aplatum fuiſſe neceſſariam ſatis indicat aduerſitatum magnitudo que aduerſus eccliam ita ſuccreuerunt / ut uix alius inuentus fuiſſet qui hoc tempore pondus huius miniſterij ſufferre ualeret ſed cum donauit dominus qui nunquam eccliam derelinquit vt eius prudentia patientia et multiplici virtute cum auxilio huius ſancte Synodi fides defendatur / auc toritas Conciliorſ conſeruetur / iuſtitia uigeat / pax et tranquillitas ac omnis bona diſpoſitio in ſ tatu eccliaſ tico et xpiana religione ſubſequantur ¶ Pro quibus fauente altiſſimi gratia omes labores nros uſq in finem impendimus / multa aduerſitatu genera nobis aſſidue irrogata paciemur piv nomine xpi ſuſtinentes qui maiora pro eccliē ſue plantatione ſubire digniatus

est pro qua et discipuli eius grauissimas persecutiones pertulerunt. Omnemque operam nobis possibilem de superno confisi auxilio dabimus ne sic ecclia quam tanto precio xpc ipe deus noster acquisiuit diebus nris confundatur nec in obprobrium et desolationem xpiane religionis veritas fidei per xpianos ipos agnita recepta et defensata sic miserabiliter relinquatur et prosternatur in terram sed potius illibata seruetur. Utque hec sancta Synodus tam sollenniter inchoata tantisque continuata laboribus felicem exitum accipiat ad salutem vniuersorum et gloriam ihu xpi saluatoris nri. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Dat. in congregatione nra in ecclia maiori Basilien vj. id. Nouembris Anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Concordat cum origi. collationat per me not. sacri concilij — Mich. Salteri

# Sacrosancta generalis Synodus

Basilien in spiritu sancto legitime congregata uniuersalem ecclam representans. Carissimo ecclie filio Friderico Regi Roman Illustri Salt. et omipotentis dei ben.

Et si te princeps religiosissime ut optimum decet Aduocatum ecclie de gestis huius sancte Synodi et impugnationibus Gabrielis olim Eugenij nuncupati eidem prestitis tam per Eplas et decreta nra quam als plenissime informatum esse non dubitamus. Quia tamen ecclie et dei aduersarij vniuersam circuunt xpianitatem et tam Serenitatem tuam quod quidem erit eis impossibile ut speramus quam principes alios auertere satagunt a ueritate quam simul cum hijs qui interfuerunt ab initio huius sacri Concilij continue predicauimus et defendimus. Nequaquam erit inutile informationes quasdam per nos tibi transmitti quibus ad ueritatis defensionem cum sis promptus. tanto

Etsi te princeps religiosissime



promptior fias quantum ad conuincendum emulos, eius
paratiora tibi conspexeris arma concedi. Vt igitur facilius
respondere ac resistere possit tua Serenitas hys qui Ga
brielis prefati depositionem redarguunt Audi princeps op
time rationes quibus ille depositus fuit Cognosceq; bre
uiter utrum ipm sponte an necessitate compulsi deposue
rimus. Ediderat hec sancta Synodus quam plurima de
creta pro status ecclias tici reformatione et utilia
et salubria. Quorum nec ille vnum vnquam cum effectu
recepit sed omnia sicut operando monstrauit vnifor
miter respuit atq; contempsit. Neq; in hys Gelasium
neq; Zosimum Roman quondam pontifices uoluit
mutari quorum alter contra statuta patrum inquit
condere aliquid uel mutare nec huius quidem sedis potest
auctoritas. alter uero Confidimus ait qd nullus iam
ueraciter xpianus ignoret vniuscuiusq; Synodi consti
tutum quod uniuersalis ecclie probauit assensus nullam
magis exequi sedem pre ceteris oportere quam primam. Nec
magno Gregorio ppe sanctissimo auscultauit qui sicut
sancti Euangelij quatuor libros ita quatuor Concilia
suscipere ac uenerari se profitetur. ymo cum sepius per
sollennes Oratores nros ad obseruationem eorundem
decretorum cum caritate summa et debita reuerentia re
quisitus fuisset semper obauduit et duriorem se reddi
dit, decreta Synodalia non solum ipe per se uiolans sed
alios quoq; ad uiolationem ipsorum promissionibus et
iuramentis astringens, Exinde cum nos intentos
esse ad grecorum reductionem iamq; mitti galeas nras
pro illis cum Salius conductibus Regum principum
ac Communitatum per quorum dominia tam per mare
quam per terram ipi greci transituri erant cerneret
alias et ipe galeas nris contrarias transmisit ad grecos
scissionem tunc in latina ecclia grauissimam inducens
Qd postquam intelleximus tacti dolore cordis intrin
secus ad obuiandum huiusmodi malis sicut diuini

et humani iuris ratio exigebat, ipm compulsi monuimus et
citauimus, ut a diuisione ecclie, et alijs criminibus que sibi
imputabantur desistens una nobiscum in domo domini
ambulare cum consensu uellet, et ad ea que salutem religio
nis xpiane concernerent toto affectu intendere. Que
omia per eum rebelliter et contumaciter spreta et contemp
ta fuere, subito qz uolens ipe Gabriel iudicium fugere
etiam dissoluere hoc sacrum Concilium nixus est.
et licet per suas lras confessus antea fuisset primam disso
lutionem se facere non potuisse secundam tamen attemp
tare nequaquā erubuit Conuenticulum scismaticorum
et altare contra altare apud Ferrariam erigens, quibus
in rebus auctoritatem vniuersalis ecclie et generaliū
Conciliorum eandem representantiū potestatem mani
feste negauit et uiolauit, non attendens sanctam et
et magnam Constantien Synodum declarasse quod
libet generale Concilium legitime congregatum po
testatem imediate a xpo habere, cuius mandatis et
ordinationibus quilibet cuiuscunqz conditionis sta
tus et dignitatis etiam si ppalis fuerit in hijs que per
tinent ad fidem, extirpationem scismatis, et reformatio
nem ecclie in capite et in menbris et pertinentibus ad
ea obedire tenetur. Preterimus Symoniacam prauita
tem per quam omia spiritualia in eius curia tanquā
uilissime merces uenalitati exponebantur. Tacemus
alia et hijs forsitan non minora. Quis hec tam diui
no quā humano iure ad ipius olim Eugenij depositione
plusqua sufficientia non existimet. Quis nescit
decretum esse Constantien Synodi qd digne peniten
tie subici debet etiam ppa si preceptis et ordinationibus
gen.lis cōcilij contumaciter obedire contempserit. Quis
iam non uidet necessitatem nobis fuisse impositam ex
duobus alterum facere, aut scilicet Gabrielem tunc
Eugeniū nūcupatum a Romano pontificio amouere
cum scandalizaret notorie vniuersalem ecclam. et

Et si te .p.r.



emendare se nollet / aut auctoritatem Conciliorum generalium deserere et totam ecclesiam cum fide catholica ruine exponere. Certe oportuit nos timere aplicam doctrinam quoniam digni sunt morte non solum qui talia faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. In quam sententiam et nos ipsi procul dubio incidissemus nisi iudicium et iustitiam fecissemus. Urgebatque maxime saluatoris nostri preceptum dum iubet omnem qui ecclesiam non audit haberi debere tanquam ethnicum et publicanum. Si ecclesiam non audierit inquiens sit tibi tanquam ethnicus et publicanus Et alibi. Sal infatuatum ad nichilum ualet ultra nisi ut eiciatur foras et conculcetur ab hominibus / Quod etiam de Romano pontifice dictum esse eximie sanctitatis doctor Iheronimus approbat. Ideoque cum non solum non audiret ecclesiam olim Eugenius sed derideret contemneret et persequeretur Quis non uidet non solum iustam sed etiam necessariam fuisse in illum sententiam latam Cum Augustinum dicere constet quod si ea de quibus deus uehementer offenditur insequi uel ulcisci differimus ad irascendum utique diuinitatis pacientiam prouocamus. Habet iam satis defensionum tua Serenitas aduersus eos qui prefati olim Eugenij depositionem impugnant. Nunc ad eos descendimus qui pro sue pertinacie fundamento dissolutionem siue translationem quandam adducunt per paucissimos qui relicta luce ex nobis abierunt attemptatam / que res nec excellentiam tuam nec alium quemquam grauis iuditij principem mouere debet. Siquidem ex quadringentis circiter patribus qui tunc aderant uix Quinquaginta a communi aliorum sententia recesserunt / atque in illum errorem prolapsi sunt ut transferre Concilium attemptaret / nec illi quidem sic discedentes in unum conuenerunt sed diuersa diuersimode loca ad que transferre deberent Concilium nominarunt. Reliqui uero omnes restiterunt illis / et omnia per paucitatem huiusmodi

facta nullius fuisse roboris uel momenti Synodali decre
creto declarauerunt Ex illis quoqz paucissimis plures fuerunt
qui errorem recognoscentes suū apud hanc sanctam
Synodum remanserunt / et maiori se se parti reintegrarūt
quorū etiam aliqui hic depūti existunt. Dicere autem
ualuisse quod illi paucissimi fecerunt / non minoris esset er
roris quam si quis iudicium xvij. Arrij fautorū sententie
Trecentorū et xviij. Epōrū in Niceno Concilio aduer
sus eundem Arrium promulgate preponere audeat. Verū
res illa translationis huiusmodi ita profecto scandalosa i
uista et nulla fuit ut eius uigore nec antecessores tui
clare memorie Sigismūdus et Albertus nec Regum
catholicorū aliquis ad Conciliabulum illud ferrariēn
animū inclinauerit quinymo carissimus in xpō filius ka
rolus francorū Rex Illustris per patentes lrās suas
prohibuit ne quis ex regno et dominijs suis ausus esset
sub grauissimis penis ferrariam ire sub nomine Conci
lij generalis / ut qui clare sciebat non ecclīam ibi sed scis
maticorū fore Conuenticulum. Fuit quoqz idem fran
corū Rex omnes alios principes et presertim Grecorū
Imperatorem et patriarcham Constantinopolitanum
exhortatus ut Electionem loci per maiorem partem fcām
amplecti uellent / et ad locum nominatum per hanc scām
Synodum cum tempus esset suos Oratores destinare
faciens et ipē Ambasiatores suos hic sedulo continuare.
Similiter quoqz ydem predecessores tui hanc sanctam
Synodum post hec omnia tanquā vniuersalem repre
sentantem ecclīam recognouerunt / eamqz usqz ad eorū
supremū spiritum conseruarunt et protexerunt / nec
Oratores eorū per translationem aliquam uel dissolu
tionem a nobis recesserunt. Tu quoqz Rex inclite
antecessores tuos pie imitatus ut primū ad culmen Ro
mani Imperij elcūs fuisti considerans discidiū in ecclīa
sancta subortum tolli et pacem reparari dificilius si
patres in hac sancta Synodo congregati disiūgerentur

tuū et Roman

Ethi te.p.r.



tuū et Romān Imperij Saluū conductum eidem Sy
nodo concessisti, quo ut merito tenebaris ecclīam et
nos conseruasti, manu tenuisti et protexisti ideoq;
manifestum est eos qui per minorem de qua supra
diximus partem hoc sacrum Concilium uel dissolutum
asserunt uel translatum Sigismundum et Albertum
prefatos ac Serenitatem tuam in condemnationem ad
ducere. Sunt tamen nobis aduersus huiusmodi homines
manifestissime rationes quas cupienti tue Serenitati
audire ubi uolueris reserare non obmittemus. Impūtiarū
tamen tacere illud non possumus quod presumptores illi
et scissionis auctores circa falsi decreti sui plumbationem
perpetrare non horruerunt. Cum enim antea consensisset
uerum Synodale decretum ut consuetum erat uero huius
sancte Synodi plumbo bullari, postea tamen nolentes
quiescere sed scelus addentes sceleri bullam huius sacri
Concilij nocturno tempore et furtiue archa in qua illa cu
stodiebatur confracta recipientes falsum decretum suū
falsa bulla munierunt. Erat autem inter hos falsarios
princeps et caput quidam Johannes olim Archiepus Ta
rentinus unus ex presidentibus quos tunc prefatus Ga
briel ad sacrum Concilium destinauerat, qui licet in
corporatus esset et obseruare ac defendere ordinationes
eiusdem Concilij iurasset, honestatis tamen habena la
xata ac propria salute neglecta tam execrabile falsitatis et
periurij nephas admittere non expauit. Sed tam ipse quā
prefati Gabrielis ministri decretum huiusmodi falsum
ad grecos iam nrīs sumptibus et laboribus in Constan
tinopolim congregatos miserunt eosq; ut ad prefatum o
lim Eugenium tunc ferrarie residentem tanquā ibi trans
latum Concilium esset euocauerunt, non ueriti in re tam
pia et tam salubri uterat Grecorū reductio si uere acta
fuisset mendacijs et falsitatibus uti. Ipse tamen postea
Tarentinus cum Sigismūdus prefatus et alij quidam
principes audiuissent tam horridum scelus Synodo q;

scripsissent ut falsarij huiusmodi punirentur Synodali sen
tentia ut puniri falsarium oportebat pontificali honore pri
uatus extitit grauiusq; punitus fuisset nisi fuge se comisisset
Cernis iam princeps excellens quomodo aduersarij super
falsitatibus iaciunt fundamenta ideoq; necessarium est
quidquid superedificatum fuerit ruinam minari docente
aplo qd ubi non est ueritas fundamentum nichil boni
potest superedificari Illi tamen uidentes se rationibus su
perari ad blasphemias contumeliasq; confugiunt. Nec de
sinunt labia iniqua mendaciter asseuerare nos in hoc loco
diuisionem nutrire et ecclie fugere unitatem quos et si
contemnere merito possemus Quia mendaciu seipm de
struit, dicemus tamen aliqua sub breuitate de gestis
huius sancte Synodi non ad nram sed ad dei laudem
ut obmutescere faciamus imprudentum hominu ignoran
tiam, scimus enim qd nichil horum nobis ascribi sed totu
spiritui sancto attribui debet cuius est regere et dirige
Concilia generalia, quo fit ut qui nos vituperare se pu
tant spiritui magis paraclito in cuius nomine conuenimus
quam nobis detrahant. Quid tamen uolunt hij detracto
res dicere, quid murmurant, quid garriunt, Quid est
in quo possint hanc scam Synodum digne reprehendere.
Quis est qui nesciat quantum ad fidei propagationem
et errorum extirpationem per hanc sanctam Synodum
sit elaboratum testificari ad hoc possunt Bohemi et
alij plures, testificari et greci possent si ueraces esse uellent
qui exhortationibus crebris legatorumq; et nuntiorum
missionibus iteratis ac pecuniarum pro ipsorum Congrega
tione fienda non paruis erogationibus ad unitatem ecclie
capescendam inuitati sepius et requisiti diligenter per ean
dem Synodum fuerint, Quinq; si ut promiserant ad nos
uenissent et non fuissent per emulos ecclie seducti iam
quidem sicut in dno confidimus non simulatam sed ueram
cum magna ecclie consolatione reductionem complexi fu
issent, Nec sicut per Gabrielem factum est in reductione

huiusmodi latina ecclia aliquid note suscepisset. Ad pacem
uero inter seculi principes xpianasq; nationes procurandam
utrum hoc sacrum Concilium diligens fuerit et studiosū
diuerse per nos in plures prouincias destinate legationes
et laudabiles inde secuti fructus ostendunt. Terciū erat
de reformatione ecclie dicere qd ipa Synodus egerit In qua
re qui uult certior fieri non nos sed Synodalia decreta au
diat, que si ut dignū et necessariū erat recepta et obseruata
ubiq; et non per Gabrielem prefatum tanto tempore im
pugnata fuissent fructus mirabiles in ecclia peperissent
plura quoq; fcā fuissent per hanc sanctam Synodum ad
honorem dei et ecclie reformationem si prefatus Gabriel nō
continue prestitisset impedimenta, aduersus quē oportuit
sedulo contendere pro fide catholica et auctoritate ecclie quas
ille lacerare et suppeditare conabatur sicut et in presenti co
natur. Sed hec de preteritis satis. In futurum autem quid
facere intendamus quoniam et in hoc etiam dolosa lingua
non desinit nos mordere maiestati tue non subticebimus
quod tibi et toti cōmunitati fideliū manifestum fieri cu
pimus per presentes. Nos etenim semper parati fuimus
et impūtiarꝫ sumus ad pacem ecclie quam predicamus
et predicare tenemur quibuscūq; modis possibilibus et
honestis operam dare, hec nr̄a intentio est, hoc studem⁹
implere, nec labores aliquos aut sumptus nobis possibi
les pro huius rei complemento intendimus euitare. Ad
monet enim nos dn̄s et redemptor nr̄ xp̄c qui nullius rei
quāuis grauissime ymo nec morti turpissime cessit ut
pacem ecclie sue sancte tribueret quam nobis ī ultimo
suo reliquit eulogio, pacem meam do uobis inquiens pa
cem meam relinquo uobis. Hanc ergo a dn̄o xpianis po
pulis relictam hereditatem libenter amplectimur, vi
dereq; pacem in uniuersa ecclia fide et honore ecclie ac
huius Basilien̄ et aliorꝫ Concilioꝝ generalium au
ctoritate salus quā maxime anelamus, violari aūt
fidem catholicam aut ecclie uel Concilioꝝ huiusmodi

97

auctoritatem prosterni propter pacem ad quam aliqui
querentes potius que sua sunt quam que ihu xpi callide ac uersute
instant. Nec nos quidem uelle possumus nec tue Sere
nitati persuaderi a quoquam posse speramus cum omnia
scandala toleranda sint ne ueritas deseratur dicente Grego
rio. Si de ueritate scandalum fuerit utilius permittitur scan
dala fieri quam ueritas relinquatur. Nos enim cum Ga
briele prefato non propter aurum uel argentum aut ali
quam rem huius seculi sed propter fidem et ueritatem ac
auctoritatem ecclie tanto tempore decertauimus no
lentes permittere declarationem Constantien Concilij
de auctoritate Conciliorum factam confundi solum
que ut illa firma atque immobilis permaneret famem pestem
et grauissimas persecutiones in hoc loco sumus perpessi.
Nunc autem quoniam de pace agitur cum beato Jeroni
mo ad Ruffinum dicimus. Sit inter nos una fides et
ilico pax sequetur. Meminimus preterea saluatoris nri
dicentis. Non putetis quod uenerim pacem mittere in ter
ram non ueni pacem mittere sed gladium. Veni enim
separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduer
sus matrem suam quibus in uerbis instruit nos dns
quod cum leditur fides aut cum periculum salutis imminet
animarum parentum reuerentia uelut inutilis et peri
culosa despicitur amor erga filios fratresque uitatur et
pax ad tempus exulare permittitur aliter uero diceretur
pax et non esset pax Siquidem ut ait propheta. Justitia et
pax osculate sunt. habeamus igitur omnes unam fidem
conueniamus omnes in unum. honoremus ecclam xpi spon
sam teneamus quod Synodus Constantien de auctte
Conciliorum declarauit custodiamus huius sacri
Basilien Concilij quod omnes principes et prelati xpia
nitatis uenerati sunt dignitatem et potestatem et
statim pacem cum omnibus complectemur hec est
sententia nra hoc firmum propositum. hoc est quod de
futuro possumus polliceri ad idem quoque et btissimum

ppam felicem conuenire non est ambigendum. Hic enim san
ctissimus pater sicut pro confirmanda ecclie auctoritate
diuine uocationi de se facte resistere non est ausus pro
ut nec debebat quamuis aliquantulum annosus libentius et
quietius in electa sibi solitudine perseuerasset, ita pro pace
ecclie quam aduersarij huius sancte Synodi perturbarunt
reintegranda, omnes labores et expensas sibi possibiles subire
et omnes honestas vias saluis premissis amplecti para
tus existit. Tuum est igitur nunc Rex Serenissime cui
deus pre ceteris principibus suam comendauit ecclam tuen
dam ut illam sic protegas et adiuues ne uastari amplius
aut exterminari possit ab apro siluestri. Etenim si quod
absit tempore tuo disciplina soluatur ecclie et uera pax exu
lare cogatur, rationem in die magni iudicij tanto profecto
ate dns strictiorem requiret quanto ecclam ipam tibi ac
tutele tue peramplius credidit. Ob quas causas surgendu est
tibi in auxilium matris tue ecclie per hoc sacrum Concilium
repntate, omnino qz tueri eam a persecutoribus debes. Iam
tibi et nrm et sanctissimi dni felicis uotum propositum est
fac igitur ut pacem ecclia iam tandem et ueram et bonam
habeat, ad hoc tecum semper spontanei erimus semper ultro
nei, persuade tibi o princeps optime verum hic esse ut est
Concilium generale vniuersalem ecclam representans hic
uerum fore et indubitatum summum pontificem. Qd autem
ex deo non ex hominibus sit hec sancta Synodus cum multa
ostendunt signa, tum precipue ipius que omnium corona
uirtutum existit firma perseuerantia manifestat. Quo
modo enim nisi a deo fuisset tanto tempore inter tot aduersi
tates et persecutiones perseuerare patres de tam diuersis na
tionibus in hoc loco potuissent. Considera hec princeps deo
amabilis, adesto iam tandem nobis auxilijs oportunis
intellige quia qui exquisitis practicis hanc Synodu concul
tare nituntur, non hominibus sed deo molesti existunt. Noli
audire huiuscemodi homines qui sine ueritate loquuntur
hec una res est que tibi et laudes perpetuas et salutem

eternam contribuere potest. Quid gloriosius est quam oppressam sublevare ecclesiam. Quid meritorium magis quam xpi sponsam adversus emulos eius protegere. Respice antecessores tuos Romani Rectores Imperij, omnes qui adversus ecclesiam semerunt in glorij ymo infames ad inferos transierunt, ubi nunc Tyberius, ubi Nero, ubi Claudius ubi Maxentius, ubi apostata Julianus. Quis horum unquam nisi cum exprobratione efficit mentionem. Aspice alios qui zelum religionis habentes adversus impiorum conatus defenderunt ecclesiam. Quot sunt Constantini laudes, quot Theodosij, quot Justiniani atque ut alios transeamus quantum et quale nomen assecutus est de quo supra meminimus Sigismundus ex hijs que in favorem ecclesie in Constantien et postea in hoc Basilien Concilio fecit firmam adhesionem per suas et Roman Imperij Imperatores aureas bullas promittens inter hos vero tanto eminentior locus et tanto maiora preconia tue clementie reservantur, quanto ecclesiam tuo tempore laceratiorem invenis et auxilia tua magis deplorantem. Constantie solum de scismate agebatur, nunc vero heresis est, errorque fidei periculosissimus cui resistimus. Asserunt enim adversarij ecclie Romanum pontificem iudicium habere de universali ecclia. Et cum Constantien Synodus declaraverit ppam in hijs que ad fidem pertinent et reformationem ecclie in Capite et in membris et ad ea pertinenbus astrictum esse mandatis et ordinationibus generalis Concilij obedire, isti econtra omnia Concilia generalia ad arbitrium Romani pontificis reducere volunt ita ut potestatem habeat unus homo mortalis defectibilis et peccator ac non nunquam hereticus, super totam ecclesiam sicut per lras eiusdem Gabrielis sub dat. Florentie Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquadragesimoprimo xij. Kl. May. ad diversas universitates transmissas clare apparet quod erroneum est a fide, nec illis auscultare aliquis debet contra determinationem Concilij generalis cum Aplus dicat. Anathema esse etiam si

angelus de celo euangelizauerit preter id quod ecclia semel ac
cepit. Videsne quantum periculum est in foribus nisi uocē
ecclie et huius sancte Synodi audias. Quid aliud querūt
hostes ecclie nisi labefactare et conculcare auctoritatem
ecclie et huius Concilij Basilien. Quid preterea ex hoc se
quitur nisi omnium post hoc generalium Synodorū
adnichilatio. Quis amplius uel ad Concilia generalia ire
presumeret uel spem in illis poneret Que postmodum
Synodus Romanū pontificem vniuersalem ecclīam scanda
lizantem ac etiam hereticum corripere auderet, cum p̄pa super
emendatione sui cōmonitus exemplum a Gabriele habeat
auctoritatem dissoluendi aut transferendi Concilium
Que firmitas insuper status ecclie si de ipōrū Conciliorū
statutis atq; decretis cuilibet licitum fuerit dubitare
et illa pro suo arbitrio respuere uel acceptare. Et ut alia ob
mittamus, ubi refugium erit Regibus et principibus ac
prelatis si p̄pa Imperium et Regna aliaq; dominia de gente
in gentem et ad populum alterum ac prelatos de ecclia in
ecclīam transferre enitatur, ubi fides, ubi religio xpiana
si ut aduersarij uolunt in manibus vnius hominis libere di
mittatur ecclia. Quid si ille hereticus fuerit, quis con
uincet, quis corriget, si antequā plena haberi cognitio pos
sit, liberum ei sit transferre concilium ad id congregatum
vbi spes amplius ecclīam saltem in Capite reformandi, si
reformatores suos potest reformandus pro suo libito amo
uere. Quis nescit uersutias damnatissimasq; cautelas
quibus Romani pontifices aut fautores eorū in Con
stantien Papien Senen et hoc Basilien generalibus
Concilijs ad impediendam reformationem sunt usi. Ca
uendum est princeps clarissime adnitendumq; summope
est ut illesa permaneat huius sacri Concilij auctas
ne hoc pereunte qd duorū Conciliorū generalium
et totidem Romanorū pontificum auctoritatibus
institutum, qdq; duorū predecessorū tuorū et tua
ac tantorū Regum principum et prelatorū appro

bationē et iuramento roboratum exi⁹ tit omnis cum eo gene-
ralium Conciliorꝝ ꝑ potes⁹ tas perpetuo pereat / quam fore
ad directionem eccliā ⁹ tici ⁹ tatis et tocius reipublice
xpiane salubre regimen non solum utilem sed necessariam
supra os⁹ tensum es⁹ t. Quapropter experrigiscere tande
religiosissime princeps / auser malum de medio populi xpi
ani amplec⁹ tere ueritatem et mus⁹ triam pro quibus hec
sanc⁹ ta Synodus tam necessario mis⁹ tat / prebe auribus
fidei / sicut ex tue dignitatis culmine obligaris. Incendiū
maximū es⁹ t in eccliā introduc⁹ tum / culpa illorꝝ ꝙ
qui plus hominibus quā deo placere ⁹ tudent ad quod
extinguendum omnes homines et te potissime iugilare
oportet. Nos uero ut pax pulcherrima in eccliā reui-
tescat / parati sumus omnia facere que cum deo poterimus
firmam spem in eo habentes quoniam non relinquet
nos pro fidei ūitate et aug⁹ eccliē decertantes. Eccliā nāq; licet
quandoq; sicut et modo magnis fluc⁹ tibus agitetur et
grauioribus quatiatur procellis / ita ut pene mergi / pe-
rire eq; uideatur / submergi tamen / aut perire nō potest
cum deus in medio eius exis⁹ tat qui eam protegit dicente
ysaiā. Exulta et lauda habitator syon quoniam magnus
in medio tui sanc⁹ tus israel / Et ipa ueritas in euangelio
inquit. Ego uobiscum sum usq; ad consummationē seculi
hinc et pos⁹ tea Crisos⁹ tomi uerba manarunt impugna
tur eccliā non tamen ymo potenter tempes⁹ tates suscipit
sed non demergitur. Iacula in eam iaciuntur sed non per-
foratur / machinamenta preparantur sed turris non eli-
ditur / porte enim inferi non preualebunt aduersus eā
hac spe freti usq; in presentem perseueraūimus diem / ani-
mum nos pro ysrael domo et auctoritate ponentes eccliē
nec spem is⁹ tam perdere possumus cum in persona eccliē
ꝓpheta nos exhortetur inquiens dūs michi adiutor et
non timebo quid faciat michi homo. Et saluator ad dis-
cipulos suos in sermone pos⁹ tremo dicat. hec locutus
sum uobis ut in me pacem habeatis / In mundo quidem

pressuras habebitis sed confidite quia ego vici mundum
Que omnia tua etiam uelit considerare maiestas
ac studium et curam ecclie more maiorum tuorum gerere
qui toto nixu atque ingenio illam in sua libertate auctoritate
et potestate conseruarunt protexerunt et auxerunt
ut tu sic deo placens Imperium in terris pacificum mul
tis annorum curriculis teneas. Et deinde in regno celesti
fructuosi laboris premium et pie cure dignam conse
quaris mercedem. Dat. Basilee iij. Non. Aprilis
Anno a Natiuitate domini Millesimo quadringente
simo quadragesimo secundo.

Concordat cum originali .. Mich. Galteri



Sacrosancta generalis Synodus Basilien in
spiritu sancto legittime congregata vniuersalem
ecclesiam representans. Ad futuram rei memo-
riam. Petitionem vrām audiuit hec sancta
Synodus quam nomīe carissimi ecclie filij
friderici Regis Romanorum illustris et vene
rabiliū Archiepōrum ac nobiliū virorum principum Electorum
sacri Romān Imperij vos venerabilis Siluester Epē Chiemien
et dilecti eiusdem ecclie filij Erharde de zelking Baro Thoma
de haselbach in Theologia magr Johannes de Lisura decre
torum doctor preposite ecclie sancte Marie ad gradus Ma
guntinen. Johannes de francfordia Offitialis Confluentie
henrice de herpel p̄posite sancti Seuerini Colonien Johēs
de lemberg etiam in theologia magr premissis disertis ora-
tionibus porrexistis Cuius quidem petitionis tenor talis
est. Dignentur vrē reuerendissime p̄rnitates ad exhor
tationem et deuotam postulationem Serenissimi dni nri
Romān regis ꝛc. necnon suorum principum Electorum
sua vota conferre qtūs modis congruis ad generalis Conci
lij ab omnibus indubitati congregationem infra vnius
anni spatium perueniatur loco sue maiestati et suis prin
cipibus Electoribus grato rebus gerendis accomodo. Vrās
autem deuotiones latere non putamus qntum necesse sit
ut iuditia Conciliorum generaliū que pro fide orthodoxa et
salute animarum proferuntur firma et stabilia pmaneant.
Quantaqz iactura ipius fidei et ecclīastice discipline imi
neat si illa mutare et uacillare nec robur et stabilitatem
habere permittantur. hinc enim assidue perturbationi pa
cis datur occasio. hinc detrimenta salutis afferuntur in
numera. hinc ad malorum audacem perpetrationem ingres
sus probetur. hinc subterfugijs perfidorum aditus aperitur
Sic quippe inducerentur peruersi ut nullatenus Synodo iudi
canti aut statuenti uel mandanti obedirent. sed illico
aliam Synodum fieri expeterent. Cum et mos sit malorum
litigatorum sicut preclare beatus Augustinus ad gloriū

Eleusinū et alios donatistas scripsit ut dicant se malos iudices
fuisse perpessos licet etiam fuerint manifestissima ueritate
superati neq; cohercere posset ceruices superbor̄ et ecclīasti
cam pacem ꝑturbantium Synodalis auctoritas si celebrato Con
cilio mox ipm̄ transferri aut ad aliud oporteret deueniri. qd̄
ꝓpa Gelasius luculenter aduertens in eplā directa Epis Dar
danie aiebat maiores nr̄i diuina inspiratione ceruentes necesse
predicauerunt. ut quod contra vnāquanq; heresim coacta
semel Synodus pro fidei cōmunione ac ueritate ꝓmulgasset
non sinerent post hoc nouis retractionibus mutilari. ne
prauis occasio preberetur. Et subdit eadem eplā sic eunomiū
Macedoniū nestoriū Synodus semel gesta condemnans ul
terius ad noua Concilia uenire non sinit. Martianus quoq;
et ualentinianus Imperatores firmū haberi uoluerunt qd̄ per
Synodum Calcedonen fuerat diffinitum causam illam sub
iungentes. Nam iniuriam facit iuditio religiosissime Syno
di siquis semel iudicata ac recte disposita reuoluere et publi
ce disputare contendit. Quod si ꝑmitteretur nichil ferme
in diffinitionibus fidei et iuditijs ecclīe apud mortales sta
bile haberetur facileq; rueret om̄n futuror̄ Concilior̄ uigor
si hec sancta Synodus auctoritate duor̄ precedentiū Concili
or̄ et duor̄ sūmor̄ Romanor̄ pontificum congregata
cui etiam sūmus pontifex pro tempore existens cum omnibus
Cardinalibus cunctiq; prelati ecclīastici inheserunt. cui
om̄es reges terre om̄esq; fere magni principes orbis incorpo
rati sunt et sollemnia per suos oratores prestiterunt iura
menta conculcaretur aut in suis iuditijs statutis declara
tionibus et decretis contemneretur et haberetur ludibrio
non paruū itaq; īminet periculum si in alium locum Syno
dus congreganda decernatur quin robur ecclīastice aucto
ritatis aliquid lesionis atq; detrimenti patiatur. ubi tamen
iam pluribus annis diligentiam nr̄am pro illibata stabi
litate ipīus auctoritatis Concilior̄ conseruanda dn̄o
auxiliante impendimus et pro pace ecclīe premissam peti
tionem postulatis adimpleri quam si reiceremus plurima

scandala graviorq; ipius ecclie dei lesio sequi posset. Nos
de benigno xpi adiutorio assidue sperantes qui ad ipsam
ecclam Ego uobiscum sum usq; ad consumationē seculi
Simulq; de probitate serenitatis regie et inclitorum prin
cipum vos mittentiū confidentes qd magnis uiribus labo
rabunt ut siue hic continuata fuerit siue in alium locum
translata contio Synodalis firmiter atq; inconcusse tene
antur ab omnibus ueritates in sacro Constantien Concilio
declarate et per hanc scām Synodum renouate, sicq; sta
bilis et firma deinceps Conciliorum generalium habeatur
auctoritas per quam fidei catholice robur ac neruus ecclasti
ce discipline et status xpianorum conseruetur in terris, sic
eorundem Conciliorum statuta ordinationes et iuditia
pro ipa fide pro lege dni et edificatione animarum ac bono re
gimine status vniuersalis ecclie cuncti reuereantur. qd
nullius in aduersum rebellio aut pertinax contradictio
uel scandalosa discessio preualere permittatur ut sic cum
uigore iustitie mala reprimi et bona cum tranquillitate
ualeant promoueri, vnanimitasq; obedientie ubilibet re
florere possit, prefate nre petitioni respondendum duximus
iuxta seriem articulorum sequentiū sub hac forma. Primo
sancta Synodus cōmendat deuotionem et sinceram in
tentionem quam prefati Serenissimus Romanorum Rex
et illustres principes ad vnionem et pacificationem ecclie
sancte dei habent et pridem per uos predictos nūtios et
Oratores suos cum eorum lris ad hoc sacrum Concilium
destinatos in congregatione generali facunde et prudenter
explicarunt. Secundo vobis prefatis Oratoribus cōme
morat quomodo in hac Ciuitate Basilien fuerit et hodie
sit generale Concilium vniuersalem ecclam representans
quod merito apud omīs xpicolas multiplici ratione debet
dici et reputari indubitatum et vnicum, et qd sine maxi
mis periculis incōmoditatibus laboribus sumptibus et
difficultatibus ab hinc ad aliū locum mutatio huius
sacri Concilij fieri non poterit prout res hec seipam cūctis

diligenter intuentibus indicat, et hec ipa sancta Synodus
sepius per Oratores suos in diuersis ambasiatis ac in isto loco
uerbo et scriptis Oratoribus Regum et principum seculi
multipharie luculenter ostendit. Unde premissis aliisq;
plurimis attente consideratis uideretur huic scē Synodo
qd hec insignis Ciuitas Basilien cuius ydoneitas multipli
ci experientia diuturne comprobata extitit esset locus aptus
et rebus gerendis accōmodus, ad quem cooperantibus p̄fatis
dn̄is Serenissimo Romanorū Rege et Electoribus non
solum ex inclita natione Germanica sed ex omī fidelium
natione que sub celo est conuenire possent omēs qui genera
libus Concilijs interesse debent et consueuerunt ut vna cum
patribus qui in hoc Concilio constanter hactenus perseue
rarunt pax et vnio ecclie desiderata dari posset, precipue cum
hoc sacrum Concilium inter alia sancta opera spetialiter
extitit congregatum ad pacem oīm xpianorū. Nichilominus
hijs non obstantibz ut predicti Serenissimus Rex ac prin
cipes Electores ceteriq; Reges et principes ac cuncti fideles
clare percipiant rectam et puram intentionem quam habet
hoc sacrum Concilium ad vnitatem et pacem ecclie et hacte
nus semper habuerit, qdq; p̄res in eo perseuerantes parati
sunt reddere rationem omni poscenti de ea que in ip̄is est fide
utq; prefati Serenissimus Rex et sui principes Electores eui
denter cognoscant qd sacrum Conciliū cupit uotis eorū dē
complacere, pro pacificatione vniuersalis ecclie diuina fa
uente clementia consequenda ipa sancta Synodus in hac
Basilien Ciuitate inclite nationis Germanice in spū
sancto congregata et usq; in presentem diem legittime
continuata vniuersalem ecclīam representans offert se
paratam in tempore de quo infra fit mentio ad locum
eiusdem nationis rebus gerendis accomodum et regie cel
situdini gratum sua propria auctoritate modis congru
is seipam transferre, securitatibus tamen ante huiusmodi
translationem decretandam et fiendam in talibus p̄stari
solitis et alijs necessarijs datis et prestitis. Obsecrat autē

prefata Synodus eandem regiam celsitudinem quatinus digne
tur rem hanc alijs regibus et principibus intimare eos to
to ingenio et insu inducendo ut illam ipsi amplectantur ue
niantque personaliter aut suos sollemnes Oratores mittant
ac prelatos et alios qui in generalibus Concilijs de iure uel
consuetudine debent interesse ditionis eorundem etiam ad
ueniendum inducant ut pax et vnio ecclie sancte dei dari
possit. Securitates uero et alia que necessaria esse repu
tat et intendit hec sancta Synodus sunt ea que secuntur.
Primo quod serenissimus dominus ipse Rex prestet suum et sacri
Romani Imperij saluum conductum ipsi sacro Concilio ad
alium locum transferendo pro omnibus accedentibus ad ipsum
stantibus et recedentibus in plena forma detque operam ut
locus eligendus etiam det plenissimam securitatem et
saluum conductum cum libertatibus circa Jurisdictionem
ac etiam super habitationibus victualibus et alijs requisitis
Similiter que dabit operam quod principes ecclesiastici et secu
lares ac loca ipsi Concilio vicina dent suos Saluosconductus
Quoque prudentes saluiconductus serenissimi domini Regis loci Concilij
aliorumque dominorum et locorum sint irreuocabiles durentque con
tinue usque ad quatuor menses post finitum Concilium
Exhortatur autem sancta Synodus regiam celsitudinem
sique guerre aut graues discordie tunc inter illos aut
illa essent dignetur se interponere pro treuga aut pace
inter illos componenda. Item petit sancta Synodus quod
serenissimus ipse Rex Romanorum ipsi Concilio intersit
personaliter legittimo cessante impedimento quo adueni
ente aliquem potentem et magne auctoritatis principem
sacro Concilio gratum in eius protectorem instituere
habeat polliceaturque sub uerbo regio per suas litteras patentes
quod non faciet nec fieri permittet deo auctore quantum in
eo fuerit quod sit uel esse possit directe uel indirecte contra
ipsius Concilij auctoritatem et libertatem. Item ne in
anis et frustratoria reddatur huiusmodi sacri Concilij
translatio que sine magnis periculis et difficultatibus

fieri non potest videtur per maxime necessarium cum iuxta
declarationem sancte et magne Synodi Constantien qui
cunqz fidelis teneatur obedire mandatis statutis ordina
tionibus aut preceptis cuiuslibet generalis Concilij qd dni
Rex et Electores prefati per suas lras patentes hoc sacrum
Concilium Basilien ante ipius translationem decretandam
certificent qd Concilium dum in illo loco fuerit recognoscet
pro uero generali Concilio et indubitato eiqz adherebunt
cum effectu inconcusse quadiu durabit et continuatum
fuerit statutisqz et ordinationibus decretis et manda
tis per illud mihi fiendis acquiescent et obtemperabunt
et quantum in eis erit inuiolabiliter facient obseruari.
etiam si aduersarij ad illud non uenerint. Loca uero
que predicte translationi et rebus gerendis uidentur acco
moda et regie celsitudini grata nominabit sacrum Concilium
quando ipius Serenitati videbitur expedire. quorum alterum pro
maiori gratitudine contentatur sacrum Concilium qd dns Rex
auctore huius sacri Concilij eligat et assignet. Postquam autem
dicte securitates sacro huic Concilio fuerint prestite cum effectu
ac per regiam serenitatem vnus ex locis eidem specificandis
pro translatione Concilij nominatus et de hijs alijsqz pre
missis sacrum Concilium per suas lras regias patentes fuit
certificatum hec sancta Synodus suam translationem in
illum locum publice ac in sollenni Sessione decretabit
fiendam ad tempus quod eidem Synodo ac dicte regie ma
iestati consideratis temporum circumstantijs et necessita
te ecclie videbitur expedire. Videtis preclari Oratores quan
tum pacem ecclie hec sancta Synodus exoptet. quanta
liberalitate desiderijs regie serenitatis et aliorum illustrium
dnorum vos mittentium satisfacere desiderat nichil aliud
querens nisi ut publice saluti ecclie conuenienter et effi
caciter consulatur. Vrm erit iam eorundem principum
animos inducere ut matrem suam ecclam ex qua spiritu
aliter regenerati sunt virtuosis adiuuent auxilijs qtus
eorum ope sacri Concilij Constantien et huius Basilien

ac aliarum universalium Synodorum illesa seruetur auctoritas
fides uigeat / sacris canonibus reuerentia debita exhibeatur
procuretur animarum salus / ad que semper huius sancte
Synodi aspirauit intentio / que etsi per impletionem vestre
postulationis obmitti aut negligi contingeret graue
iuditium a domino super ipsos principes inclitos et super vos
pertimescendum foret. sed ita illorum piam deuotionem
ac vestram incunctis agere speramus ut ex laboribus fructu
osis a domino promereamini premia gloriosa. Datum Basilee
in generali congregatione ij. Nonas Octobris Anno a natiuitate domini
Millesimoquadringentesimoquadragesimosecundo.

Concordat cum originali ... Mich. ... Kalter ...

Sacrosancta generalis Synodus Basilien in spiritu sancto legi
time congregata vniuersalem ecclesiam representans Carissimo
ecclesie filio Friderico Roman Regi illustri Salt et omnipotentis dei
ben Magnum uirtutis opus Serenissime princeps dudum aggressus
es et cesarea maiestate dignum celsitudinique regie debitum ut catho
lica ecclesia periculoso ac nephando scismate turbata pacata reddatur
tuas operas indies exhibes / nunc Reges et principes uniuersi orbis
incitando ut una tecum conuenirent ad occurrendum ecclesie discrimi
ni / nunc prelatorum et principum germanie conuentus faciendo /
ut de tollendo presenti horrendo scismate recte consuleretur / Nunc olim
Eugenium caput nephandi scismatis requirendo ut ad integritatem
fidei et vnitatem ecclesie a qua recessit / reducens / nunc hanc sanctam
Synodum legitime congregatam et hucusque legitime continuatam
deuote postulando ut ad dandam pacem ecclesie in alium locum se trans
ferret / Neque quos egisti labores erga eandem sanctam Synodum
sine fructu consumpsisti / Nam si memineris nostram responsionem
tuis Oratoribus et Venerabilium Archiepiscoporum et nobilium uirorum
Principum Electorum sacri Imperij de Mense Octobris Anni Mille
simiquadringentesimiquadragesimisecundi datam inuenies non solum
hanc sanctam Synodum una cum Sanctissimo domino Felice papa v. paratam
semper fuisse ad pacem ecclesie dandam et vnitatem procurandam
sed etiam operam dedisse cum effectu ut tua Electorumque sacri Imperij

petitio locum haberet, licet in ea re ecclesiastice auctoritatis robur ali
quid lesionis et detrimenti pateretur, quemadmodum ait Augustinus
in epla ad Vincentium donatistam, quando nullo preciso ramo qui intus
est ille qui foris est inseritur non tamen nullo sed uel leuissimo arbo
ris uulnere. Quid autem tua diligentia apud Aduersarium ecclie in
ipa re sit consecuta, quid tue Electorumque sacri Imperij petitioni sit con
cessum per eum, Quid sit cause quo minus pax et unitas ecclie catho
lice data sit, ipius ecclie aduersarij responsio manifeste demonstrat
omnesque docet fideles xpianos. Non quidem tantum per eius responsio
nem tibi ac sacri Imperij Electoribus petitio denegata est uel reprehensa
uerum et reprobata, Adiecitque in illa eius nature conditiones ut vix
aut nunqua impleri possent aut deberent. Nemo ergo sane mentis
hanc sctam Synodum calumniabitur quod non persoluerit debitum suum
sua uota conferens quatenus pro pacificatione uniuersalis ecclie se ad
alium locum transferret ac cetera perficeret que in sue responsionis litte
ris plenius continentur, quin potius iudicabit uel per aduersarij ecclie
operam impeditam fuisse pacem et unitatem populi xpiani uel non
peruentum esse ad dictam Concilij translationem, ob non impleta que
dam per quos implenda erant priusque ipa translatio decretaretur.
Et ut de impedimentis ne ad pacem et unitatem ecclie perueniretur
ab Aduersario prestitis dicamus, Intelleximus quando per Oratores
tuos et Electorum Imperij plura in Germania loca eidem notificata fue
runt in quorum altero Concilium celebrandum foret, respondit se suumque
Conciliabulum in urbem transferre uelle, cum tamen eo tpre florentie
resideret, ut omnes eum refugere oio uiam pacis agnoscerent.
Audiuimus etiam quemadmodum Serenitas tua per litteras suas de
mense May anno Millesimoquadringentesimoquadragesimotertio
desuper dicta petitione eum denuo requisiuit, Ille autem distantia
magis a pace et duriora respondit, cumque littere tue laudarent
uiam Concilij ad dandam ecclie pacem, ille generalia Concilia
notat de errore, Hortabaris ut consentiret in Germania Conci
lium celebrari, requirebat ipe ut Oratores tuos mitteres ad cele
brandum Conciliabulum suum quod ycumenicum dixit in urbe, Insi
nuabas quaplures Reges et principes te adhortari ut intenderes
ad celebrationem Concilij a te postulati, Ille autem asserebat multos

Reges et principes catholicos ei continue suadere ut nunq̃ assentiret in
Concilium quod foret a sua p̃ntia separatum. Demum pro generali re
sponso asseruit qd̃ oīnis Congregatio que sine ipo fieret in pernitiem
uergeret ecclie ac mala malis accumularet confirmans quos hacten⁹
dogmatizauit errores quoniā ut inquit ad eum dūtaxat spectat gene
ralia Concilia congregare et eis auctēm prebere nihilq̃ esse ratū qd̃
non fuerit auctē fulcitum. Heccine est olim Eugenij intentio ad dandā
pacem ecclie hec uoluntas hic animus firmatus ut nunq̃ assentiat in
Concilium quod de eius peruersis actionibus in libertate iudicare queat.
Non est paratus iuxta doctrinam primi xpi vicarij Petri apli omni
poscenti reddere rationem de ea que in ipo debet esse fide. Nimirū qa
ait Saluator oīnis qui male agit odit lucem nec ad eam spontaneus
uenit ut non arguantur opera eius. Reorum equidem propriū est
subterfugere iuditium. Consentiret forte in Concilium ab eo postulatū
si de illo agere posset quēadmodum et de ferrarien et de florentin Conci
liabulis in quibus ei dicere nemo ausus erat cur ita facis. Ibidem
ut accepimus praticabatur peruersum dogma contentum in ea bulla
que incipit Deus nouit in facie ecclie per eum solēniter reuocata qd̃
non Concilij uoluntas sed ppe uel eius Legati sententia sequenda est
qm̄ ut affirmat super oīna Concilia ppa potestatem habet et tāquā
illo superior pro libito potest regulare Conciliū generale. Hec de
eius intentione quam habet ad generalis Concilij celebrationem cū
tue Celsitudini Regie nota essent omnium de germania unanimis
fere expectatio erat in Dieta proxime transacta Nurembergen te
una cum Imperij tui Electoribus prelatis principibus alijsq̃ qui
illuc conuenerunt conclusionem accipere debere pro ueritate et iusti
tia huius sacri Concilij ut eam publice recognoscentes illi parerent
tuerentur et defensarent. Sed quod non sperabamus post Dietam
ipam pridem dilecti ecclie filij Nicolaus Abbas Monasterij sancti
Blasij ordinis sancti Benedicti et Thomas de Haselbach sacre pa
gine professor Oratores tui ad nos peruenerunt et tuo nomine po
stularunt ut dignaremur uota nr̄a conferre quat̄s modis cōgruis
ad generalis Concilij ab omnibus indubitati congregationē perue
niretur in loco et tempore tue Maiestati gratis et per eos uice
et nomine eiusdem Maiestatis nominandis insinuandis et expri

mendis prout ad hoc als sacrum Concilium se obtulerat uidebatur
in suis litteris se obtulisse Quoddam insuper auisamentū obtulerūt
deo. ut ipse per oseam inquit desponsabo te michi in fide. Quando
vero sic desponsatus fuerit fortis fiet ut illi magno aduersario
meo leoni rugienti cui inquit petrus. resistite fortes in fide. huic
qui resistere potuerint eiusdem virtute facillime vincet et superabit
mundum hec est victoria inquit johannes que vincit mundum
fides nra. mundo autem dempto benedictionem accipiet per eam
fidem a deo. quia qui ex fide sunt secundum apostolum benedicentur a do-
mino cum fideli abraham. Sed et hoc amplius quia xpus
in corde fidelis anime habitaculum facit. habitare inquit apostolus
xpm per fidem in cordibus vris. nec solum habitabit quinymo per
fidem in filium adoptionis assumet. Omnes enim inquit apli filii
estis per fidem. postquam autem fidei merito tantum numeris a deo
consecuti fueritis ut eius filii efficiamini confidenter a pre vro
omnia postulare poteritis. et respondebit vobis sicut olim cen-
turioni. fiat tibi sicut credidisti. et quemadmodum Chananee
magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Quia pretiosa est
huius fidei radix et semen eius qd si modicum quid ex ea habue-
ritis. quid autem minus dici potest quia granum sinapis di-
cetes huic monti transfer te et transfer se. Quamquam ante no
semper eo modo quo verba petentis sonant quis exaudiatur

obtinetur tamen per fidem id quod magis petenti prodest ad vitā
p̄sertim eternam Jn qua omne desiderium mchiditur cuius
vite eterne per fidem hic promissionem ꝑsequimur inquit tho
bias filij sanctoꝝ simus et vitam illam expectamus qua deus
daturus est hijs qui nunqua mutant fidem Quid plura
sine hac ambulare non potestis qua per fidem ambulamus
inquit aplūs sine hac nec eciam viuere qua iustus ex fide
viuit sine hac ut idem attestatur aplūs impossibile est placē
deo sine hac quilibet in abissum errorꝝ errans mergitur sicut in pro
fundum dubitasti Videat igitur vnusquisq; quantum sta
bilitatis ac firmamenti ex hoc fundamento qua preciosos fine
tius ex hac radice quantaq; celestia bona ex hac fidei profession
ne assequi possit Quid ergo illa pretiosius recte inquit petrus
probatio fidei pretiosior est auro quod per ignem probatur Et
ad veram adhipiscendam fidem filioli mei primū nosci oportet
sub qua domo huiusmodi quod ante dixi fundamentum iactum
sit et quemadmodum ad eam perueniatur super hoc fundamēto
domus mea a dño edificata est ipo dicente Super hanc petrā
videlicet fidei edificabo ecclām meam videte quis est iste edifi
cator et architector Js cuius manu facti sunt celi et terra et
cuius ordinatione perseuerant dies et omnia seruiunt sibi
hic ꝓp fabricator tam solide huic fundamento domum meam super
imposuit vt quaq; potestas sathane tanta sit ut sedem iob nulla
sit ei similis in terris qua ipa veritas principem mundi appel
lat tamen aduersus hanc meam domum priuilegio xp̄i nichil
prenalere possit Scrutamini scripturas et nullam domū sic
fundatam nec tale inuenies edificium quemetis hanc domū
perflare venti possunt concutere non possunt fulgura et tur
bines aeris illam tangere sed non euertere qua hec est domus
domini firmiter edificata bene fundata supra firmam petram
non supra arenam aut trabes putridas seu saxa mortua fun
data est hec sacrosancta mea domus sed super lapides preti
osos iaspidis et saphiri et alios decem quos in apocalipsi no
minatim Johannes enumerat Sed quod omnibus pretiosis

merito inquiebat petrus ecclā
dicens ē a dño medice fidei aur

Ecclia est domus dei viui intra
quam solum distinguit veritas fidei
deq; eius fortitudine et decore intus
et extra

lapidibus pretiosus est supra petram xpi vnam · nec ecclam mortali manu hominum facta est sed noua descendit de celo adeo parata sicut sponsa ornata viro suo Nemini ut hanc domū demoliat ingredi fas est · quia vn angel ut in eadem apocal' scribitur in portis custodiunt ¶ Sed qualem putatis intus esse hanc domum · an calumpniosam · an forte ad depellend' tenebras lumen ibi esse ex oleo aut cera compositum · aut quod plus est solem et lunam in illa lucere · manus aliquid habet et longe manus Sed quod illud esse potest sole et luna manus lumen audite Johannē in apocal' dicentem Et ciuitas qua paulo superius noua descendentem de celo et vxorem agni dixerat non egret sole neq; luna ut luceat in ea · nam claritas dei illuminat eam et lucerna eius est agnus · et ambulabunt gentes in lumine eius Et ut supremū omnium testimonium adducamus · xps qui mentiri non potest pollicitus est manere cum ea usque ad consumationem seculi Si quis in hac domo in nomine ihu xpi congregantur ibi ipe est in medio eor̄ & ips̄ sanctus lumine siue claritatis totam replet ubi filii mei manent in vnitate sedentes Sed et hoc memoria repetita firium tenete quod aplūs ad Thimoē scribit · hec tibi scribo fili mi thimothee sperans me ad te venire cito · si autem tardauero ut scias quomodo oportet te in domo dei conuersari que est eccla dei viui columpna et firmamentum veritatis Intret igitur omnis homo scamus tam lucidam et tam firmiter constructam domū que nec obtenebrari potest talem et tantum dei patris et agni & spūs paraclti fulgorem habens nec corruere talibz superimmixa basibus · et qui ingreditur maneat et inquia exeat et qui exiit redire non differat · redeuntem autem neminem cito · Extra ¶ Qui ext̄ domū eccl̄ie oīs hō peri
domum omnia sunt caligo et tenebre · extra istam nec est nec esse potest uera fides nec salus hominibz Et velut qui in archa Noe recepti non sunt diluuium aquaz̄ absorbuit · ita et qui in hac sacra ede non permanserint caligine errorz̄ obrui et tandem perire necesse est ¶ Sed nec ad hanc domum iter cuiquā patet pōt nisi illud ipa docuero · quoniam nisi me doctrina fidei acceperis nec fidem rectam nec eccle vnitatem habere potestis · fides ut satis

¶ Qr ad eccl̄az nemo redire pōt nisi teneat fidei doctrinā et q̄ sit nr̄m eius sensu indicio ·

ex auditu est · quomodo audietis sine predicante Sed predicari quid
potest in quo sit salus nisi euangelium xpi · quod autem verum fore
xpi euangelium scire possetis nisi illud vobis patefecissem · audistis
eciam nonnullos ex aplis scripsisse euangelia sed quoniam quatuor
dumtaxat approbaui illa ut euangelia venerantur · alia respuunt
Neq eciam postea qua ad hanc domum iter vobis ostensum fuerit
iter ingredi poteritis nisi ego cui claues huius domus a dno tradite
sunt meis manibus adaperiam vosq introducam · sine hys clavi
bus ad secretos thesauros celestis regis sponsi mei in domo mea
reclusos nemini licet introire · et si alienis clauibz contenderit, pote
rit videri intrare sed non recte intrare ¶ Restat igitur et iam liqde
intellexistis qd peruenire ad fidem et perseuerare in ea nisi per me
et mecum non potestis quamobrem sine mora relictis omnibz me
vnusquisq sequatur et mecum habitet ut veritas fidei habitet cum
eo · liber in quo fides catholica scripta est non incongrue illi libro
comparari posset signato septem signaculis quem ut in apoc iohes
testatur Nemo neque in celo neq in terra soluere potest nisi solus
agnus qui occisus est Ita quidem et hunc libr fidei hanc doctri
nam eius nulli creature neq in celo neq in terra neq sub terra alit
intelligere fas est qua ego catholica ecclia intelligam / Ipsius veri agni
vera sponsa cui ipe sponsus ut ex euangelio sepe legi audistis omnia
que audiuit a patre nota fecit · neque enim angelis aut hominibus
quatacunq preditis potestate contra meam doctrinam quitq credē
dum foret Ita ad Galath scribit aplus per cuius os loquebat xpc
licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis preterqua quod
euangelizauimus anathema sit · hoc nichil aliud significare vide
tur nisi qd angelos de celo contra veritatem euangelii quitqua im
possibile est dicere · me vero adhuc impossibilius · de hominibus aut
quis gloriari potest ut sibi contra ecclie auctoritatem credatur · cum
aplus seipm velit esse anathema si aliud euangelizet qua quod pri
us scdm ecclie doctrinam euangelizauerat · hys autem que sub terra
sunt nichil quoquomodo credendum quis dubitet cum sathanas et
angeli eius in veritate non steterint sed mendaces sint et men
dacii patres Si arrius manicheus · nescorius · faustus · donatus

Maxima laus et excellentia gnalis concilij

et cetera huiusmodi monstra meis tantum clauibus et non propris
adulterinis hunc fidei librum aperire voluissent nunc in inferno cum
patre mendacij non crutiarentur Si hij pertinaces et obstinati
homines meis paruissent preceptis multarum gentium cather-
uas ad locum sulphuris et ignis perpetui secum non precipitassent
Initium salutis hominis est nolle proprie inniti prudentie sed se
ipsum ad suscipiendam maiorum suorum disciplinam accomodare
illorum scilicet quos diuina approbatio auctenticos fecit. quorumque
doctrine sanctitas vite ac manifesta miracula certum perhibent
veritatis testimonium Quis non sanctos patres ac doctores per multa
secula a me ubique approbatos quorum tanta fuit integritas et ve-
ritatis zelus ut prius mortem et omnia supplitia pati voluissent
quam leuissimum proferre mendatium potius quam seipsum uel rudis for-
te ingenij seu non exercitati merito sequi debeat Quis interpretatio-
nem excellentissimorum pene innumerabilium doctorum ex omnibus
mundi partibus in eadem conuenientium sententia qui ita in sa-
cris scripturis studiosi fuerunt et omne vite sue tempus in hijs ex-
posuerunt non potius acquiescat quam duobus aut tribus seu pau-
cissimis hominibus nouiter scripturas legentibus nullo fretis doc-
tore nisi proprio ingenio Quis non aduertat quam sit ecclie dei per-
niciosus hic morbus nullo pacto ferendus Si enim cuiquam fas est
suo sensu exponere et interpretari scripturas nichil certi erit Omnia
confusa et inuicem aduersa fient nouum redibit chaos · tot erunt
sententie quot capita Quis erit ille ita ebes cui non suppetat au-
datia nouam fabricare interpretationem · melius ergo leges hu-
manas conditas esse fateri oportebit · hee postquam uel a principe
uel comunitate late sunt · nemini fas est contraire · quod si forte ali-
quit ambiguitatis contineant priuatis non licet interpretari per-
sonis sed ad legislatorem seu illum qui iudicando preest habetur
recursus ¶ Si forsan vrm aliquis ratione non mouetur exem-
plo populi dei moueatur Scriptum est in neemia quod congregati
sunt principes familiarum vniuersi populi sacerdotes et leuite ad
Esdram scribam ut interpretaretur verba legis Et quia vitio
nature corrupte homines frequenter errant · frequenterque intra

se discrepant necessario dominus nr̄ ihs xp̄s fidelibz suis prouidit me
scam̄ catholicam et aplicam eccl̄iam in terris relinquens assistentia
sua ac sp̄us sancti usque ad consumationem seculi et meternū corro
borans ut in hys que ad salutem pertinent errare non possem et
ad me omnes tamquā ad infallibilem regulam aspicerent // Si vna
sua sancta catholica et aplica eccl̄ia toto orbe terrarū semper uo
cata et credita sum nemo ab vnitate mea se scindat · nemo quod
sanctum est erroneum putet · nullus iudicium proprium ā paucorū
vniuersali determinationi anteponat Catholicum enī grecum est qd̄
latine vniuersale interpretatur Si aplica vocor ut certe sum credat
vnusquisq; indubius qd̄ sicut apl̄i sp̄u sancto inspirati locuti sunt
ita loquor et ego · neq; enī solum pro tempore aplorū xp̄s per se et per
spiritū sanctū assistere promisit sed quod sepe pro vr̄o profectu repe
tendum est usq; ad consumationem seculi et meternū · nec pro illis
tantum orauit dn̄s · sed dixit in euangelio Jo · Sanctifica eos in veri
tate sermo tuus est Sicut tu me iussisti in mundum et ego pro eis
sanctifico meip̄m ut sint ip̄i sanctificati in ueritate · non pro eis aūt
rogo tantum sed pro eis qui credituri sunt per uerbum eorū in me
ut omnes vnum sint tu pater in me et ego in te ut et ip̄i in nobis
vnum sint et mundus credat qd̄ tu me misisti et ego claritatē quā
tu dedisti michi dedi eis ut sint vnū sicut et nos vnū sumus // hinc
aperte si intellectus vr̄i ianuam non clauditis cognoscere potestis
qd̄ sicut pater et filius in veritate non discordant sed vnū sunt · ita
omnis eccl̄ia et eorū qui per eos credituri sunt vsque in finem
vnius est veritatis hinc est qd̄ in apocal' dicit' murū ciuitatis de
scendentis de celo que est eccl̄ia habere fundamenta · xij · aplorū et
agni Et aplus inquit · iam nō estis hospites et aduene · sed ciues
sanctorū et domestici dei supedificati sup fundamentū aplorū et
prophetarū ¶ Quis iam non videat quātur piter seip̄m confu
dit tot habens diuine veritatis testimonia qui de doctrina mea
ac fide aliquatenus dubitauerit stultum prorsus se comprobat
ut inquit in p̄uerbys Salon · qui despicit matrem · Jam igitur qui
me audit se audire credat et xp̄m · qui me spernit xp̄m spernere
non dubitet ut ip̄e attestatur Sacrilegus est ac nomine xp̄iano

mdignus · xpm enim mendacem facit qui m mea doctrina aliquid
suspicatur falsitatis ¶ Cauete ergo filij mei ne vnquā incidatis tēp
tationem ut scripturas proprio sensu aut aliter mtelligere velitis quia
ego mtelligam Nolite usurpare priuilegiū hoc quod mihi soli cōcessit
dominus · vos cum errare possitis uidimū vim humiliter more patrū
vrōrū semper michi submittite quam experientia teste constat errare
non posse · me dispensatricem mīstrōrū suōrū reliquit dns · constī
tuitq; super omnem familiam suam ut dem m tempore tritici men
suram, ¶ Multa m scripturis esse fatemur que expositione mdiget
que si cortice tenus mtelligantur facile m errorem legentes pertrahet
Si quid m eis legere contingat vos quod non tam plane ut velle
tis mtelligitis agite admistar discipulorū xpi qui parabolā a dno
dictam non mtelligentes ipm domi mterrogauere · dne edisserē no
bis parabolam zizaniorū · discipuli parabolam domini non tēptarunt
proprio sensu mtelligere neq; ad scribas et phariseos ut eis expone
rent sed ad magrm veritatis profecti sunt · vos ergo ad alium nolite
accedere · pergite ad me discipulam xpi matrem et magistra viam
apertam vobis et luce clarius manifestabo sensus et archana scrip
turarū · et incipiens a moise et omnibz pphetis mterpretabor vobis
m omnibz scripturis que de xpo sunt · venite filij audite me et mstrue
am vos m via hac qua gradiemini nullus per me vnquā decep
tus est neq; meternum decipietur An experimentum queritis eius
qui m me loquitur xpc ipe caput meum et spiritus sanctus doctor
meus quomo me quemquā fallere permittent ¶ Multis filioli mei
viam vobis ostendam infallibilem qua si recto calle incedatis nūq;
errare poteritis Respicite semper me · considerate vestigia mea · pede
tentim me sequimini non declinantes ad dexteram neq; ad sinistra
et si forsan strictum callem aut durum iter seu asperū monticulum
ascenderitis clamate ad me et porrigam vobis dexteram et susce
tans vos conuertam aspera m vias planas vosq; illesos et sine la
bore ad montem qui xpc est perducam · recurrite ad me audacter
et confidenter et nūq; vobis m necessitate deero Non sum superba
nec fastidiosa · mater benigna sum et pia sum m caritate · ideo om
nes siue venientes siue redeuntes ad me hilaris m gremio suscipio

¶ De multa mscr̄tis obscura sed p mē
pretacōē optet recurrē ad ecclam

doceo instruo et conforto et vena aquarum uiuentium de ventre meo
fluit in audientium ora · memoriale hoc perhenne · supponite filij mei
in frontibus alligate in digitis et super limina domorum affigite ·
Credere verum quod ego credo · profiteri quod ipsa profiteor · et tunc
nulla caligo errorum nulleque tenebre falsitatis vobis appropinquare
poterunt ¶ O sanctum documentum O felicem semitam O omni
tempore imitanda uestigia Quid certius aut securius viatoribus
huius seculi relinqui poterat quam quod talis via exhiberetur qua ince
dentes deficere nullatenus possent Nolite abduci varijs et peregri
nis doctrinis nec sequamini magistros prurientes auribus Omnem
doctrine cibum qui de mensa mea non est suspectum habete · vene
nosus est virus habens aspidis insanabilis interpretationem et
expositionem · nouitates cauete · sensus insolitos singularesque senten
tias fugite · doctores qui mea scola probati non sunt tamquam serpen
tes declinate Nam ut inquit apostolus Et si decem millia pedagogorum
habeatis non tamen multos patres · nam in xpo ihu per euange
lium Ego uos genui Rogo ergo vos imitatores mei estote sicut
et ego xpi Nec filij mei oportet omnia que a me audieritis
postulare ex humano ingenio · rationem · fides enim non habet me
ritum cui humana ratio prebet experimentum · a xpo fides est
quam per me uobis insinuat Certiores de fide et doctrina mea esto
te quam si quid proprijs conspitiatis oculis · humani enim oculi
rem licet propinquam videntes nonnunquam falluntur putantes aliud
esse quam sit · deus autem nec falli a quoquam nec fallere quemquam
potest · doctrina autem mea non est mea sed eius qui despon
sauit me ¶ Sustinete igitur paululum si forte omnia capere
non potestis usquequo ad locum ubi ego in celis triumpho uos
perduxerim · ibi sine ullo uelamine rationem quam modo fide
creditis oculis intuebimini manibusque palpabitis Nunc videtis
per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem · Exposui
vobis filioli mei quid sit idem sapere · cetera que sequuntur ad ca
ritatem pertinent Et quoniam fides sola ad salutem non suffi
cit nisi vestita sit et comitata caritate Nam ut inquit apostolus · et
si habuero omnem fidem ita ut montes transferam · caritatem

De dignitate et auctoritate caritatis super omnes alias virtutes

autem non habeam nichil sum Ideo post fidem preceptum caritatis
traditum est Non expectetis ut ego omnes laudes caritatis hoc vno
sermone complectar ipa quidem tam magna est ut si linguis homi
num loquar et angelorum vix mediocriter eam explicare possem
vtiq; cum tante dignitatis sit ut inter virtutes ipa sola deus appel
letur · deus enim caritas est · tante eciam auctoritatis ut cum gaudio
referam more humano loquens de omnipotente deo triumphare
visa est dum eum de celo solo amore traxit ad terram et in cruce
pro salute nra affixit · et usq; ad ymma terre pro redemptione filiorum
israel migrare coegit ¶ Quid digne debetis de hac virtute dici
vniqua poterit que in celo et in terra dominatur et regnat et
cum vult vsque ad abissum penetrat · hec est illa excellentior via
quam demonstrat aplus Nam et prophare · demonia eicere · vir
tutes ac miracula facere sine caritate neminem gratum efficiunt · talia enim fatientibus tandem xps dicturus est Recedite a
me operarii iniquitatis · non noui uos · et habentibus scientiam
dns inpperat clauem vos scientie habetis sed nec intratis in regnum
celorum nec alios intrare sinitis · dare omnia sua pauperibus et se
ipm martirio exponere sine hac nichil prodesse affirmat aplus
Caritas finis preceptorum est in quo omne preceptum concluditur
nam ut inquit aplus · finis precepti est caritas · et rursus plenitu
do legis est dilectio Caritas patiens est benigna est no emulatur
non agit perperam · non inflatur · non est ambitiosa · non querit
que sua sunt et cetera omnia continet que ut scitis btus paulus
late comemorat Caritas fons proprius et singulorum bonorum
cui non communicat alienus · que ut oleum non potest premi in
ymo sed superexilit · si desit frustra habentur cetera · si assit cetera
no desunt · sine hac omnis virtus ecia ipa fides ut inquit beatus
Jacobus mortua est · ipa ecia nois appellatio rem quadam caram ee
demonstrat Amplectimini igitur filii mei hanc tam exellentem
et diuinam virtute apprehendite tam singulare spc sancti munus
per ipm enim ut inquit apls caritas in cordibus vris diffunditur
Induimini hanc vestem nuptialem qua induti secure discubetis
in mensa regia · nec timebitis ut dicatur vobis Cur huc intrastis

non habentes uestem nuptialem · hac ueste induti pelletis a vobis
frigus quo frigebat petrus calefatiens se ad prunas Caiphe · hac
veste circumdati que omni armatura est fortior intrepidi et
illesi cuneos hostium penetrabitis Et ut vno uerbo omnia cõplectar
si vultis perfecti esse super omnia caritatem habete que secundũ
aplm vinclm est perfectionis ¶ Sed quemadmodum pauloante
documentum tradidi quo ad recte fidei regulam peruenire possit
ita et uos nunc erudiam quam faciliter a caritate nũquã excida
tis · respicite semper ad me considerãn me esse matrem et vos fi
lios · recogitate in visceribz meis vos esse conceptos et eodẽ lacte
nutritos · tunc fratres vos esse inuicẽ cognoscetis et ex eadẽ carne
eandem carnẽ vos viuificari non poteritis · quis ergo vnq̃ carnẽ
suam odio habere poterit Attendite eciam qd̃ tenerrime vos
semper duxerim et quãquã vnicuiq̃ filiorũ meorũ caritatẽ exhi
beam quotq̃ labores et angustias in omni mea etate pro vobis
ubiq̃ terrarũ perpessa sim et a me exemplum capientes diligatis
vos inuicem sicut dilexi uos Sed et si partem superiorẽ dignioremq̃
mei corporis caput videlicet aspexeritis quod est xp̃s efficatius
caritatis magisteriũ cordibz vr̃is imprimitur Cogitantes nãq̃
qd̃ cum mũdus nichil meruerit ymmo propt̃ sua facinora morte
dignus esset ipe ihs xp̃s sola caritate tot tantaq̃ in corpore suo
pro salute hominũ tormenta pertulit totq̃ beneficia conferre dig
natus est qd̃ lingua hũana nũquã exprimere posset · mox enim
cõpellemini omnẽ rancorẽ deponere et indissolubili caritatis vin
culo confederati in fraterniq̃ amorem redire ¶ Dicite m̃ nũq̃
vos extraneos aut alienigenas esse putatis filij mei · si hoc puta
tis m̃ iniuriam facitis · nõne in hijs vos utero tanto cũ labore
concepi et portaui · nõne in hijs lactaui vberibz et hijs manibus
cibum potumq̃ tanto tempore prebui Cum ergo fratres ĝmani
sitis et ex eadem carne geniti et talia exempla dilectionis a capi
te et toto meo corpore habeatis debetis alter alterũ firma cari
tate diligere et cum omni sinceritate inuicem cõsiliari O ossa de
ossibz meis O membra de membris meis O viscera de visceribus
meis · quis uos ab inuicem separauit · quis inimicus homo int̃ vos

inficiari

hoc

firma

semmaut zizaniam · quis seductor ille antiquus accusator fratres ser
uos nos ad tantas inimicitias perduxit · solebatis idem sapere inter
nos amare fouere concordiam insimul cum pace et caritate conuersari
nunc mutatus est per omnia color optimus · nam unitas in dissentio
nem · caritas in odium · pax in bellum · fraternitas in hostilitate per
uersa Cur sic in humanis fily mei confligunt Cur gladijs et igne
decertant Cur tam crudeli bello et odio tam detestabili alter alteros
persequimini Sunt nec hec cognationis et proximitatis iuditia Eru
besco referens · vix barbari et infideles hec inter se tam atrociter
facere auderent Conuertite iam gladios in vaginas quia omnis qui
gladio ferit gladio peribit Remittite truces vultus · abicite minas
· deponite arma · proijcite tela manu sanguinis mei · abolete penitus
ex cordibus vris omnia discordiarum odiorumq; fomenta Osculamini
obsecro uos in presentia nris vice oscilo pacis · Amplectimini te
nerrime · date mutuum dexteras · congratulamini simul et epula
mini in mensa mea cibos delicias meas pacis et caritatis cele
brate solempniter hunc diem festum Consolamini consolamini fi
lij mei matrem vram que hunc diem tanto cum desiderio prestola
ta est · amate uos inuicem ut fratres decet et contenta sum · imple
tum est gaudium meum et michil amplius postulo Sequitur
in uerbis aplicis vnanimes idipsum sentientes hoc ut in diuersis corpibz
idem sit animus eademq; voluntas · sit hic populus meus quasi vir vnus
non sendamini in diuersas sententias · sed voluerit unus in xpo alter
similiter uelit · imitatores estote patrum vrorum quorum in prima eta
te cor erat vnum et anima vna · Nichil unitate prestantius que
qua sit xpianis necessaria xps ipse ostendit qui pro eis orauit non ut
efficerentur diuites aut sapientes huius seculi sed unum essent sicut
sumus ipse pater et filius Quid utilius rei publice xpianorum esse pot
qua unitas · hoc modo xpiana creuit religio · et ego propter unita
tem filiorum meorum toto orbe diffusa sum Cauete modis omnibz
discordias et timete quod minatur dns Omne regnum in se diuisum
desolabitur et domus super domum ruet Scitis illud uulgate dic
tum · concordia parue res crescunt · discordia autem maxime dila
buntur Si uultis pertinere ad xpm pacem inter vos perpetuam

1 sic

Sunt ne istra unica firmitas

De vnanimitate fidelium idem sentiendo

19

contrahite · quia nichil esse deo acceptabilius hominibusq; expedi
tius ex hoc facile intelligetis si memineritis xpm de celo descendente
in terram pacem per angelos suos nuntiasse hominibz · de terraq; in
celum redeuntem eandem pacem dntaxat discipulis in testamento
reliquisse Sentite idipm inter uos hoc est ut bona malaq; singulo
rum per caritatem sint omnium · hoc proprium caritatis est flere
cum flentibz gaudere cum gaudentibz nisi membra inuicem conui
gantur et suo ordine conexa persistant et vnu alteri opem in
necessitate prebeat · deficere corpus necesse est · vnu enim corpus
sumus in xpo · singuli autem alter alterius membra in xpo ihesu
dno nro ut inquit aplus ¶ Subdit denique apls nichil per conten
tionem et inanem gloriam sed in humilitate · hec superioribz con
sentanea sunt et ualde accomoda Cum enim ad hunc locu causa fidei
et caritatis veneritis non decet ut tam sanctum opus contenciosis
uerbis agatis · sed cum omni pocius mansuetudine et bonitate Con
tentio animos irritat · mentem perturbat et odia accendit · non
possum pati in domo mea et inter filios questiones pugnasq; uer
borum Ex hijs enim inquit aplus oriuntur inuidie contentiones blas
phemie et suspitiones Et rursus hijs qui sunt ex contentione et
non acquiescunt ueritati ira indignatio tribulatio et angustia
Cum contentiosis et per contentionem nichil tractare consueui vnquam
Ita de me dicit aplus Si quis videtur contentiosus esse nos talem
consuetudinem non habemus neq; ecclia dei ¶ Sed nec per ianem
gloriam in hoc sacro loco quitquam agitetis Inanis gloria cuiusq;
boni operis fermentu est insidiatrix virtutu ut fructum quem
bene operando acquirerent per elationem euacuet Inane est cap
tare hominu laudes quicumq; secdm oculos iudicent sepe falluntur · momen
tanea est gloria ista ex fastu et cupiditate procedens Et quia
inanis est constat esse vanam et vacuam meritoq; contempnendam
Ex eo qd inane est que fructu pferre poteritis Quinymo satagite
placere pri vro celesti qui videt in abscondito hoc est querite non
inanem sed eternam gloriam Quod feceritis in gloriam dei facite
nolite fieri similes scribis et phariseis qui ut inquit dns omnia
sua fatiunt ut videantur ab hominibz et vocentur Rabi · imitamini

potius illa sancta quatuor Ezechielis animalia habentia faciem extentam
desuper et pennas extentas desuper · hoc est cogitationes vias que
significantur per facies ad deum semper respicite Si quis inter vos
sapiens esse videatur non glorietur in fortitudine sua nec diues in
diuicijs suis · sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse me qa
ego sum dns · vere animi quod minatur psalta · dns dissipat ossa
eoz qui hominibz placent · absit vobis gloriari nisi in cruce domini
nri ihu xpi · si gloriari vultis in dno gloriemini et het sit gloria
vra testimonium cōscientie vre Ch Inusitatos animos gloie appe
titus in intelligendis scripturis sacris supra modum obest dum enim
humanis laudibz occupandis animus intentus est primo sensis
usitatos nouasq opiniones queunt · deinde que ipe admouit ni
mis et tenaciter defendit fitq ut eum redigere intellectum in cap
tiuitatem recusset quod nequaquam est sedm aplm aliter scripturas
intelligat qua spūs sctus afflagitet · et dum de singularitate sente
tie gloriatur scipm nolens corrigere in errorem perseueret Et qua
inanis gloria filia est superbie que non considerans imbecillitate
ingenij humani effert se supra se et apostatare hominem facit
adeo sicut eciam et multos ex angelis Ideo confestim aplus
in remedium huius vicij subiecit humilitatis virtutem · hortet ergo
vos filij mei ut res vias in humilitate agatis michil dilectissimi
mei eicius ad eandem fidei virtutem et caritate adducē vos po
terit qua humilitatis spūs · michil uero magis dirimere qua
superbie tumor · nam sicut nutrix est dilectionis humilitas
ita mater odij superbia Si gram dei appetitis humiles estote
quia deus superbis resistit et humilibz dat gram Et ne forsitan
humilitatis persuasio grauis cuiquā videatur btus paulus postq
predixit per contentionem et inanem gloiam sed in humilitate
continuo subdit hoc enim sentite in vobis qd et in xpo ihu qui cu
in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem
deo sed semetipm exinaniuit formam serui accipiens Quid ma
ius exemplū humilitatis tradi aut cogitari potuisset quia qd
dns et creator omnium se exinaniuerit et seruilem conditionē
acceperit qs tam elatus esse pot qui ista cogitans no cōpellat

1 pennis et alis q supra p

1 ut sequat sere · i sapiā sua
nec forma mi

Q mans glorie appetitus in intelli
gentia scripturarū nimis est nocius

Comendatio humilitatis secunda spāli
ex gestis xpi

fieri humilima. Huiusmodi exinanitio et seruilis forme acceptio et
si satis foret ad persuadendum omne genus humilitatis quia tamen acta
sponsi mei nimis michi suaue est recensere · ideo moreni michi in
ascultando gerite · nomine tota eius vita summa redolet humilitate
nascitur ex humilima matre humili nutritio commendatur · in humili tu
gurio et inter humilia animalia deponitur · humiles piscatores in disci
pulos elegit · humiles paruulos amplexatur predicando nichil sibi
attribuit sed dicit sermonem quem audistis non est meus et rur
sus doctrina mea non est mea sed eius qui misit me · faciendo mi
racula dixit discipulis suis videte nemini dixeritis visionem
hanc · leprosis mundatis videte nemini dixeritis · abluit in docu
mentum humilitatis pedes discipulorum · et ut impleret omnem
humilitatem permittit se a seruo baptizari · humiliter omnes audit
humiliterque respondet etiam cesus Taceo quam humiliter passionem et crucem
tulerit ne forte fluuius lacrimarum me reliqua dicere et vos audi
re impediat · deficeret me quippe dies si omnia xpi humilitatis gesta
et documenta referre vellem. Quid ergo intumescis o homo o
pellis mortitiua · quid tenderis o fames fetida quid inflaris · prin
ceps tuus humilis et tu superbus · caput humile et membrum superbum
discite igitur filii a xpo quia mitis est et humilis corde. Sed si vultis
filioli mei in hoc sancte vnitatis negotio quod tractaturi estis vi
tare contentionem inanem gloriam et omnia in humilitate agere
Si vultis sceleriter et sine difficultate idipsum sapere et caritatem mu
tuam habere accipite hoc salutare preceptum quod vobis trado quo
nichil consultius nichil efficatius esse potest in omni controuersia
sedanda · primum queritur iudex peritus et qui non sit acceptor per
sonarum nam sine iudice litigantes raro inter se consueuerunt Ecce conuenire
huiusmodi denuntio vobis iudicem · ipsa ego sum sancta dei ecclesia
mater vestra · compromittite in me · eligite me in iudicem et arbitram
de sapientia mea cui relinquitur dubitandi locus cum sanctus spiritus
me doceat omnem veritatem Si euangelia et omnis sacra scriptu
ra a me fidei testimonium susceperunt Si nichil catholicum dici
potest quod per me non fuerit approbatum Si omnes doctores
et magistri suas sententias meo semper iuditio subiniserunt dicentes

Ex ecclesia est optimus iudex omnium disputantium

non crederemus euangelio nisi eccie catholice nos comoneret. quis de cetero ambigat an cuiuslibet controuersie diffinende competen ego iudex sim. De acceptione personarum superuacuum est quicq̃ dicere cum leges humane habeant pres a filijs in quibus par affectus costat iudicem recusari. Quis maiori nobis honor ꝙtingere potest quia qd sponsa xpi et regina astans a dextris eius iudicet inter vos. que maior certitudo veritatis qd discipula spūs sancti sententiam pronuntiet qd vnquā fidelibꝰ iudicē inuenire poteritis q̃ amantissima matrem vrām. Nolite ergo disputando laborare nec contendendo verbis vobis alter alteri lacessere. quid vos multitudine librorum oneratis cur diuersorum magistrorum sententias in medium afferatis cur intelligentias vras humanis inquisitionibz ac subtilitatibz defatigatis. Ecce enim in medio vri adest magistra vra cui spiritu dñi misteria et archana aperit scripturarum. Non michi opus iudicando qd legum peritos aduocem neq; bibliothecas perscruter. nullius hominis cōsilio opus habeo cui consulit deus. caritas diuina meum semper intellectū illustrat. et agnus meus ihs xps ante me lucernam defert ne errem ut paulo ante ex opera ꝙ. recitatum audistis. Et quia ego sum toto orbe terrarum diffusa in vno loco ꝙ̃ esse non possum. soleo pro necessitatibz xpiane religionis nonnūq̃ urbe aliqua insignem eligere et ad eam ex omnibus finibz mee ditionis Episcopos et sacerdotes et alios leuitici generis et quos volueo de populo xpiano aduocare. quibus in spū sancto legitime congregatis ego ipa re presentor et ibi tribunal erigens quicq̃d per hmoi congregationē quam volem Synodum seu generale concilium uoce iudicatū statutumq; fuerit perinde ratum habeo acsi ego ipa ore proprio iudicassem ac statuissem. idq; ab omnibz iubeo sub anathemate ubiq; obseruari. Hoc autem tempore nusquā melius quā in hac ciuitate basilicā hmoi generalem Synodum visum est posse indicere. huic ergo concilio sacro quod in spū sancto legitime congregatū cōfiteor omnem meam auctoritatē et ptatem impartior et ambas simul sciētie et ptatis celestes claues michi a dño traditas ueraciter assigno ut quicq̃d in terris claudere et aperire soluere et ligare uoluerit iuxta pollicitationem xpi indubitanter clausum et apertum

Ex gñale concilii idem iudicat qd ecclia nec aliud q̃ spūs sanctus

Exortatio ut Bohemi super suis differentijs submittant se iuditio Basilien Concilij

solutū et ligatū reputetur in celis Itaq; omnino et non aliter nec minus reuerenter hoc concilium quā meipsam existimare debetis. Quāobrem ut vra fidelis aduocatrix suadeo. ut pia mater cōsulo ut sponsa xpi et regina xpiani populi impero ut in omnibz uos ipos huic sacro concilio penitus cōmittatis ut ab eius sanxionibus nullatenus declinetis. Si nonnulli aliqn de fide contendentes vnū uel duos aut paucos elegerunt homines quorū iuditio stare uoluerunt quanto magis et vos tam celebrem ex toto populo xpiano collectam synodum pro dirimenda vra contentione in iudicem acceptare debetis. Deus in veteri testamento pplo suo mandauit dicens. si difficile et ambiguū apud te iuditiū esse prospexeris inter sanguinē et sanguinez inter causam et causam inter lepram et lepram et iuditiū intra portas tuas videris verba variari. surge et ascende ad locum quem elegit dns deus tuus veniesq; ad sacerdotes leuitici generis et ad iudicem qui fuerit in illo tempore queresq; ab eis qui iudicabūt tibi iudicij veritatem et facies quecunq; dixerint qui presunt in loco quem elegit dns et docuerint te iuxta legem eius sequerisq; sententiam eorū nō declinabis ad dexteram uel ad sinistram Sed et hoc generale concilium locus est quem elegit dominus in quo sponsa sua scm tribunal erexit Et hij in eo congregantur in locū sacerdotum leuitici generis successerūt ymmo et plusquā leuite sunt maiorēq; procul dubio scientie potestatisq; copiam a dno perceperunt. vtiq; cum illi vmbre ministri fuerunt hij vero sunt veritatis Illi sanguinis et carnis iudices hij autem spiritus et anime merito ergo ad uerbum huius concilij vrm omne negotium pendeat et quidq; sanctum aut prophanum habetote ne veniat super uos iuditium mortis quod inobedientibus cōminatur dns In hoc apparebit humilitas et obedientia vra si quemadmodum xps uenit facere voluntatem pris ita et vos veneritis facere voluntatem mris vre Acquiescite tandem obsecro monitionibus in iudicem hanc sanctam synodū de cuius gremio quilibet esse potest qui eius iuditio estare uoluit. polliceor vobis qd non aliud iudicabit q̄ spūs scūs dux et rector illius dictauit ipse

vob

submittatis

qui

iudicauit id sine hesitatione sanctū pphanū ve habetote

meis. neq; inuitamini prudentie vre accipite iussu dei et meo iudicē

stabit medius iudex et arbiter perfecte illuminaturus corda omniu
ut viam ambulent ueritatis et pacis ¶ Sed ut ipe spus scus paraclitus
in cordibus vris efficatius habitet et idipm sapere et eandem cari
tatem vobis largiri dignetur cui humilium et mansuetorum semp
deprecatio placuit sitis in oratione perseuerantes et tam diu ac
tam feruenter suam pietatem ieiuniis gemitibus obsecrationibz
ac sanctis operibz interpellabitis vsquequo ipe veritatis doctor et
caritatis auctor corda vniuersi ppli per sententiam huius sacri
Concilij illustrabit ad cognoscendam amplectendamqz veritatis
et vnitatis semitam Hora exigit ut iam finem dicendi faciam ¶ Enumeat bona que sequuntur ex vnione Bohemorum cu ecclia ac mala q eqt.
audistis ergo dilectissimi mei consilia et precepta mea qua
sancta et vtilia sunt · ostendi tandem viam qua hoc facilime ex equi
possitis apprehendite queso illam · qua certe nulla salubrior inue
niri potest · moueat uos honor dei qui supra modum ex vra
dissensione leditur · fides eni catholica ab infidelibz blasphema
tur · inhonoratur et irridetur · nec veram esse credunt quam
per tot sectas hincinde lacerari conspiciunt · moueat vos honor
matris vre quam hostes nominis xpiani propter dissidia vra
ubiqz contempnunt · moueant vos acerrime lacrime quas quo vol.
tidie fundo et assiduus dolor qui me per vras discordias extenuat
vere dicere illud possum quod scribitur in Canticis Inuenerunt
me custodes qui circuierunt ciuitatem percusserunt me et vul
nerauerunt me tulerunt michi pallium meum custodes murorum
Nisi velitis ab omni humanitatis et gratitudinis vestigio de
uiare misereri uos decet tot erumpnarum et calamitatum mearum
siccate cum possitis filij lacrimas meas · sanate vulnera mea re
stituite michi pallium meum quod abstulerunt michi custo
des murorum ydolatre videlicet et gentiles et qui in rebus mor
tuis huius seculi spem ponunt · induite me vestem deauratam
circumdatam varietate · deauratam quidem caritate membrorum
variam autem copiosa filiorum multitudine ¶ Sed et publica
mouere uos debet calamitas · circumspicite vndiqz quo plebs
xpiana a Turcis Sarracenis Tartaris et Barbaris conculcatur
et deuoratur Cur non compatimini tot milibz fratrum vrorum qui

singulis annis in durissimam infidelium seruitutem rediguntur O si
audieritis cum raptores predam diuidunt xpianorum quanta sunt
illa lamenta ac suspiria cum uxor cedit in sortem uni vir alteri
uni pater alij filius uni frater alij alius quanti sunt illi gemitus
quantique singultus miserabilium filiorum meorum cum ab inuicem
disiunguntur nunquam se amplius reuisuri Quis tunc vrm absti
nere posset a lacrimis designetis tunc forsitan bellis inuicem de
certare Sed lacrimabilius est multi ex hijs qui captiui dicuntur
non valentes tam duram ferre seruitutem fidem catholicam abne
gant et ad nephandam Machometi sectam peruertuntur Quot
deinde regna prouintias vrbes opida quotidie capiunt et depo
pulantur Jam nos pene ad angulum occidentis reduxerunt mo
dicum restat ut tandem de finibus terre eiciant Heu michi
cur tanta mris vre fratrumque vrorum afflictione non cogitatis
Cur ista audientes in vos ipos bellum tam crudele committitis
et xpianum fraternumque sanguinem sine vlla misericordia gratis ef
funditis harum omnium calamitatum dissidia xpianorum sunt
causa si idem saperent eandemque caritatem haberent huiusmodi
persecutio mox finem acciperet Neque enim ullo pacto ferre pos
sent aduersarios meos sanctuarium dni populum polluere et
in populum catholicum amplius deseruire ymmoque fideles
nunc catholicis fatiunt facere possent hec eadem catholici in fidelibus
Moueat denique uos regni bohemie ac regionum vicinarum
miseranda calamitas quanta in hijs partibus sanguinis xpia
ni effusio quot strages cedes conflictus bella ruine incendia
deuastationes depopulationes quantaque in personis et rebus
desolatio ex hoc recenti dissidio iam dudum secute sunt et sequi
verisimiliter formidantur in dies nisi vera vnitas inter vos
fiat prochdolor toti orbi plusquam manifestum est profecto
lacrimandum pocius super hoc quam loquendum foret Vix inter
xpianos scissure memoria est vnde vix ecclia dei tantam
iacturam perpessa sit et tanto errore respersa Sed si meo ac
quieueritis consilio quemadmodum spero idipsum sapientes
mutuam caritatem habentes hec omnia repente cessabunt

nouus autem sol super vos quietis et tranquillitatis orietur Reflo
rebit in pace vra catholicus populus xpianus · orbis totus renoua
ri videbitur · implebitis celum terramq angelos et homines inenar
rabili leticia iubilo et exultatione · tanto denique inter vos beniuolen
tie nexu coniungemini qd preteritorum penitus obliuiscentes vos ipos
sicut fres amabitis et inuicem pro amore certantes alter alterum
caritate superare studebitis Benedicetis semper diem istum et
innumeras deo omnipotenti gratias referetis qui in eadem vnita
te vos et caritate deiunxit ¶ Quid plura succedet tandem vobis
quemadmodum successit et xpo · quantum tamen humana conditio
capere potest postquam enim btus paulus superius comemorauit
qd xps exinaniuit se formam serui accipiens humiliauitq se factus
obediens usq ad mortem In premium huius humilitatis et obedientie
subdit propter quod et exaltauit deus et dedit illi nomen quod est
super omne nomen ut in nomine ihu omne genu flectatur celestium
terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dns
ihs xps in gloria est dei patris Siquidem uos humiliaueritis et
michi obedientes fueritis exaltabit uos deus super terram et mag
nificabit super filios hominum et dabit vobis nomen quod est sup
omne nomen Regiu xpianu quo nullum inter gentes est gloriosius
Tunc enim digne xpiani eritis et vocabimini Nam hoc nomen nisi
habentibus caritatem habueritis non recte congruit atq in hoc vro xpianita
tis nomine · si vero xpianum fueritis idest spualem caritatis vnionem habueritis
omne genu flectatur Nam inferi videntes vos eadem fide et caritate
vnitos vob subicientur et tamq victi et genuflexi vos contremiscentes
nichil aduersus vos preualere poterunt · homines vos verebuntur et in meo
xpiano populo si vnanimis fuit totus orbis quasi genuflexus serui
re cogetur Angeli vero et ciues celestes genua caritatis flectentes vos ho
norificabunt et vnauobiscum genuflexi pntabunt vos cum iubilo coram
ihu xpo sponso meo ut in eterna btitudine viuatis et regnetis cum ipo
tunc omnis lingua confitebitur quia meus populus catholicus in gloria
est dei patris Ad quam gloriam ipe ihs xps vos omnes et alios fili
os meos ubiq existentes perducere dignetur Qui viuit cum deo
pre et spu sancto benedictus in secula Amen

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

